



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinqve

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post
Præfationem Indicantvr

Suárez, Francisco

[Köln], 1619

Disputatio II. De materia & forma sacramentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

neq; in formis sacramentorum liceat aliquid addere vel minuire.

Art. preced

Lib 8. Me
taphy text.
8 tom. 3.

2. Præterea, Verba se habent in sacramentis per modum forme vt dictum est. Sed in formis qualibet additio vel subtractio variat speciem sicut & in numeris, vt dicitur 8. Met. Ergo videtur, quod si aliquid addatur vel subtrahatur à forma sacramenti, non erit idem sacramentum.

3. Præterea, sicut ad formam sacramenti requiritur determinatus numerus dictionum, ita etiam requiritur determinatus ordo verborum, & etiam orationis continuus: Si ergo additio vel subtractio non auferat sacramenti veritatem, videtur, quod pari ratione nec transpositio verborum aut etiam interpolatio pronuntiationis.

Sed contra est, quod in formis sacramentorum quaedam apponuntur, à quibusdam, quæ ab aliis non apponuntur, sicut Latini baptizant sub hac forma: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Greci autem sub ista: baptizetur seruis Christi N in nomine Patris &c. Et tamen utriusque verum conferunt sacramentum. Ergo in formis sacramentorum licet aliquid addere vel minuire.

Respondendo dicendum, quod cetera omnes istas mutationes, quæ possunt in formis sacramentorum contingere, duo videntur esse consideranda. Vnum quidem, ex parte eius, qui profert verba, cuius intentio requiritur ad sacramentum, vt infra dicitur. * Et ideo si intendat per huiusmodi additionem, vel diminutionem alium ritum inducere, qui non sit ab Ecclesia receptus, non videtur perfici sacramentum, quia non videtur, quod intendat facere id, quod fit in Ecclesia. Aliud autem est considerandum ex parte significationis verborum. Cum enim verba operentur in sacramentis, quantum ad sensum, quem faciunt (vt supra dictum est) oportet considerare, vtrum per talem mutationem tollatur debitus sensus verborum: quia sic manifestum est, quod tollitur veritas sacramenti. Manifestum est autem, quod si diminuat aliquid eorum, quæ sunt de substantia forma sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum: & ideo non perficitur sacramentum.

Questio 64
artic. 8.

Art. preced
ad 1. & ad 2.

Lib 2. de Spi
ritu S. paulo
à princ.
Habes hic
liber in fine
operum San.
Hieron.

Vnde Didymus * dicit in lib. de Spiritu sancto: Si quis ita baptizare conetur, vt vnum de * prædictis nominibus, prætermittat (scilicet Patris & Filij & Spiritus sancti) sine perfectione baptizabit. Si autem subtrahatur aliquid, quod non sit de substantia forme, talis diminutio non tollit debitum sensum verborum, & per consequens nec sacramenti perfectionem. Sicut in forma Eucharistie, quæ est: Hoc est enim corpus meum, vbi enim sublatum, non tollit debitum sensum verborum: & ideo non impedit perfectionem sacramenti: quamvis potest contingere, quod ille, qui prætermittit, peccet ex negligentia vel contemptu. Circa additionem etiam contingit aliquid apponi, quod est corruptiuum debiti sensus: puta, si aliquis dicat: Ego te baptizo in nomine Patris maioris & Filij minoris, sicut Ariani baptizabant: & ideo talis additio tollit veritatem sacramenti. Si vero sit talis additio, quæ non auferat debitum sensum, non tollitur sacramenti veritas. Nec refert, vtrum talis additio fiat in principio, medio vel in fine: vt si aliquis dicat: Ego te baptizo in nomine Dei Patris omnipotentis & Filij eius vnigeniti & Spiritus sancti paracliti, erit verum baptisma. Et similiter si quis dicat: ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & beata Virgo te adiuuet, erit verum baptisma. Forte autem si diceret, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & beata Virginis Mariæ, non esset baptisma: quia dicitur 1. ad Corin. 1. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed hoc verum est, si sic intelligatur in nomine beate Virginis baptizari, sicut in nomine Trinitatis, quo baptizatus consecratur: talis enim sensus esset contrarius vere fidei, & per consequens, tolleret veritatem sacramenti. Si vero sic intelligatur, quod additur (& in nomine beate Virginis) non quasi nomen beate Virginis aliquid operetur in baptismo, sed vt eius intercessio prestet baptizato ad conseruandam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio sacramenti.

Ad primum ergo dicendum, quod ad verba sacra scriptura non licet aliquid apponere, quantum ad sensum, sed quantum ad expositionem sacra Scriptura, multa eis verba à doctoribus apponuntur. Non tamen licet etiam verba sacra Scriptura apponere, ita quod dicantur esse de integritate sacra Scriptura, quia hoc esset vitium falsitatis. Et similiter si quis diceret aliquid esse de necessitate forme, quod non est.

Ad secundum dicendum, quod verba pertinent ad formam sacramenti ratione sensus significati. Et ideo quæcumque fiat additio vel subtractio verborum, quæ non addat aliquid aut subtrahat debito sensui, non tollitur species sacramenti.

Ad tertium dicendum, quod si sit tanta interruptio verborum, quod intercipiatur intentio pronuntiantis, tollitur sensus sacramenti. & per consequens veritas eius: non autem tollitur, quando est parua interruptio, quæ intentionem profertentis & intellectum verborum non auferat. Et idem est etiam dicendum de transpositione verborum, quia si tollitur sensum locutionis non perficitur sacramentum, sicut patet de negatione præposita vel postposita signa. Si autem sit talis transpositio, quæ sensum locutionis non auferat, non tollitur veritas sacramenti: quia, secundum quod Philosophus * dicit, nomina & verba transposita idem significant.

Lib. 2. Peri
her. c. 1. parh
ante s. 10 11

Lettera D. Tho. satis est perspicua, de re autem dicemus disputatione sequenti. Solum est aduertendum; in hac additione vel quacunque mutatione facta in verbis sacramentalibus, duo posse considerari: primum quando fit, vel non fit contra substantiam sacramenti. Secundum, quando licite vel illicite fiat: & vtrumque promiscue attigit D. Tho. hoc artic. tamè, quia nobis in animo est, totam materiam moralem, separatim & distincte tradere, ideo hic solum agemus de his, quæ spectant ad substantiam sacramentorum: de his vero, quæ ad mores pertinent, infra in disputatione practica seu morali.

DISPUTATIO II.

De materia & forma sacramentorum.



N præcedenti disputatione; metaphisica ratione tractauimus de essentia sacramenti, per genus & differentiam eius: in hac amplius est eadem essentia explicanda more physico, scilicet per materiam & formam, quæ doctrina proprie solum habet locum in sacramentis nouæ legis: Si quid autem ad cætera sacramenta accommodari poterit, obicit etiam explicabimus.

SECTIO I.

Vtrum oporteat sacramenta constare rebus & verbis tantquam materia & forma.

PRincipio dicendum est, hanc compositionem non esse de ratione sacramenti, vt sic. Probat, quia non fuit inuenta in sacramentis veteribus, quæ supra ostendimus fuisse proprie & vniuocæ sacramenta: quod præsertim de circumcissione nemo negare potest, atq; idem est de sacramento in lege nature instituto in remedium paruulorum. Constat autem ex Genes. 17. circumcissionis ritum in sola actione institutum fuisse sine mentione alicuius verbi. Idem legitur de agno paschali Exod. 12. & de ordinatione sacerdotis Leui. 8. & licet, in sacrificio pro peccato, dicatur Leui. 24. Et orabit pro eo sacerdos: tamen neq; constat, illud fuisse sacramentum, neq; orationem illam fuisse sub certa verborum forma proferendam, sed solum debuisse sacerdotem suo arbitrio orare, vt offerenti peccata remitterentur: vnde in principio eiusdem capituli, vbi fit mentio expiationis peccatorum, nihil de aliquibus verbis proferendi dicitur.

Verba non
erant de ra
tione sacra
mentorum
veterum.

dis dicitur: & si aliqua verba interdum dicebantur, vel à sacerdotibus, vel ab ipsis fidelibus, quibus sacramenta dabantur, illa non erant de substantia sacramenti, sed ad diuinum cultum, vel cõmemoratiõnem beneficiõrum Dei pertinebant, vt D. Thom. hic, art. 6. ad 3. notauit. Ratio vero est, quam eodem loco ipse indicauit, videlicet statum veteris legis fuisse imperfectum, in quo fides & obscurior & magis implicita erat: & ideo non oportuit sacramenta illi tẽporis habere tam expressam significatiõnem, sicut nunc habent: atque adeo necesse non fuit, vt exterioribus rebus seu ceremonijs, verba adiungerentur, quæ ad expressius significandum haberi solent: Generalius autem possumus rationem hanc explicare, scilicet, quia de ratione sacramenti, vt sic, solũ est, vt sit exterior ceremonia sacra cum debita sanctificatione & significatiõne, hæc autem omnia possunt consistere absque illa compositione ex rebus & verbis, seu materia & forma.

Dico secundo. Sacramenta notæ legis omnia consistant reb. & verbis, vel omnino proprie, vel secundum aliquam proportiõnem. Ita est explicanda sententia D. Tho. hic, quæ communis est doctorum in 4. d. 1. & Alenf. 4. p. q. 1. memb. 4. & q. 3. memb. 3. art. 1. 2. & 3. Et explicatur primo inductiõne facta ex scripturis, nam de baptismo dicitur Matthæi vi. Baptizantes eos, ecce rem, in nomine Patris, &c. ecce verba, quæ Paulus distincte explicuit ad Ephes. 5. Mundas eam lauacro aque in verbo vite. Vbi, licet Hier. per verbum vite intelligat verbum doctrinæ, sensus tamen est tropologicus, vt ipse fatetur: nam ad literam sermo est de verbo consecratoriõis sacramenti, vt Chrysof. Hom. 20. Theodo. & alij Græci, Ambros. Anselm. D. Tho. & Latini exponunt. Præterea, in institutione Eucharistiæ legitur accepisse Christum res aliquas, scilicet, panem & vinum, & dixisse verbum, Hoc est corpus meum. Hic est calix sanguinis mei. Item de extrema vñctione Iacobi. 5. Vngentes eos oleo sancto in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum. De cæteris vero quamuis nõ sint tam aperta scripturæ, tamen ex traditione Ecclesiæ constat, vt Concil. Florent. tandem explicuit. Ratio à priori posita est in voluntate Christi sic instituentis, congruentia vero, quas D. Tho. actualit. optimæ sunt, ex quib. tertia maxime videtur literalis, quæ in hunc modum potest explicari: nam res externæ seu actiones sensibiles sũt valde accommodatæ ad exteriorẽ cultum diuinum, & ideo in omnib. sacramentis tam veteribus, quam nouis adhibitæ sunt: verba autem conferunt, vt significatio sit certior, & expressior, qualis esse debet in lege gratiæ propter huius status perfectionem: & ideo conueniens fuit, sacramenta huius legis ex rebus & verbis componi. Vel alia ratione potest hoc explicari ex alio sine sacramentorum, quia est, per sensibilia manuducere hominem ad intelligibilia cognoscenda: duo enim sunt sensus, qui intellectui maxime deseruiunt, visus scilicet, & auditus, quib. duo modi acquirendi scientiam accommodantur, scilicet, per inuentionem, & disciplinam: & ideo ad spiritualia intelligenda multum homini confert representatiõ aliquæ sensibilibus visui obiecta, quæ sit reb. seu actiõne aliqua, vel vsu alicuius rei sensibilibus: si autem huic representatiõni adiungantur verba, perficitur doctrina, & representatiõ, & iuuatur homo, vt partim quasi per inuentionem, & collatiõnem rei, quam videt, eum ea, quam non videt, partim per disciplinã, quam verbis accipit, perfectus spiritualia cõcipiat, & intelligat. Cur autem in assertiõne addiderim, has res, & verba, vel proprie, vel secundum accommodationem inueniri in omnibus sacramentis, statim in responsiõne ad primam obiectiõnem explicabimus.

Dico tertio. Hanc compositionem sacramentorũ ex rebus & verbis optime accommodatam esse cõ-

positiõni ex materia & forma. Hæc assertiõ satis probatur communi cõsensu Theologorum omniũ, cui Florent. Conc. maximam authoritatem adhibuit: nam ex rebus & verbis vnũ sacramentũ componitur, & non omnino per accidens, seu per aggregatiõnem: ergo optime intelligitur, vnũ concurrere per modum materiæ & potentiæ, & alterũ per modum actus & formæ. Quod vero res, & verba hoc modo concurrant, recte explicatur à D. Tho. quia sola res, vel actiõ exterior de se est valde indif-

fens & imperfecta ad significandum: & ideo censetur, concurrere per modum materiæ: vnde ab Aug. & Hug. (vt supra vidimus) vocatur elementũ: verba autem censentur habere rationem formæ, quia determinat significatiõnem, & quasi cõstruunt, ac cõplent sacramenta, iuxta illud Aug. tract. 80. in Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentũ. Sed occurrit difficultas circa has duas assertiõnes, de sacramentis Confessiõis, & Matrimonij: nam illud perficitur solis verbis, quia tã confessiõ, quam absolutio verbis tantum fit: hoc vero interdum fit solis verbis, quibus vtriusq. coniugis cõsensu explicatur, interdum sine vllis verbis, nutibus videlicet, aut alijs signis. Ad hanc difficultatem quidem hæretici negarunt, hæc duo esse sacramenta: existimabant enim materiã sacramenti debere esse rem ita materialẽ, vt & cõtractari manibus, & oculis percipi possit, quod ex suo cerebro siue authoritate vel ratione cõfingunt: quod autem illa sint propria, & verissima sacramenta, suo loco ostendemus: Alter opinatus est Dur. in 4. d. 1. q. 3. qui hoc argumento coactus, negat assertiõnem secundam esse vniuersalem, aut veritatem habere in his duobus sacramentis, & quod ad Matrimonij attinet; idem opinatur Adrianus q. 2. de baptismo ad finem. Sed immerito deserunt communem sententiam, cum comino de possit explicari, & accommodari: & res hæc magis in modo loquendi, quam in re aliqua consistat. Igitur in sacramento cõfessiõis certum est, requiri verba ex parte formæ in omni rigore, & proprietate, vt ex Concil. Florent. colligitur, & in sequenti tomo, latius ostendemus. Rursus concurrunt in hoc sacramento actus penitentis, quasi materiã, vt Concil. Florent. & Trident. dixerunt, & hoc modo cũ verbis concurrat res aliqua; quia nomine rei nõ intelligitur tantum substantia sensibilibus, sed quælibet actiõ sensibilibus, quæ verbis supponatur, vt D. Thom. dixit. Atq. hoc modo, actus satisfactiõis, & contritiõis, sunt materiã huius sacramenti, & ipsa etiam confessiõ, licet verbis fieri possit, est materiã, quia respectu absolutiõis, est quid imperfectũ, inchoatum, & informe. In omni enim iudicio accusatiõ, est inchoatiõ quædam iudicij, sententiã vero iudicij est, quæ iudicium perficit. Sacramentum autem confessiõis perficitur per modum cuiusdam iudicij, in quo confessiõ peccatorum concurrat, vt accusatiõ rei: absolutio vero sacerdotis, vt sententiã iudicis, & ita, quod ad rem spectat hoc sacramentum est sacra quædam ceremonia, quæ constat partim ex actibus penitentis, tanquam materiã, in quibus quasi accidentarium est, quod verba misceantur: per se vero est quod dolorosam accusatiõnem, & satisfactiõnem contineat, partim ex verbis sacerdotis sententiã proferentis. De matrimonio multa dicit Soto hoc loco, quæ prætermitto, quia sunt alterius consideratiõis. Illud solum aduerto, eum quidem satis impugnare aliorum sententiã, non tamen exacte exponere, quõ in hoc sacramento reperiantur res, & verba, seu materiã, & formã: dicit enim, cõsensu expressos vtriusque coniugis sibi inuicem esse materiã, & formã, non tamen declarat, quã ratione id fiat. Breuiter ergo dicendum est, externam ceremoniam huius sacramenti esse contractum, qui inter coniuges perficitur: in omni autem huiusmodi contractu duo interueniunt, scilicet traditiõ, & ac-

D Thom.

Sacramenta noua legis constant reb & verbis.

Hieron.

Chrysof. Theodor. Ambros. Anselm. D Thom. Iacob 5.

Cinc. Flor.

Rat & uer. in iustia ma

seria & forma cõstitutã

Aug. Hugo Verba & vñctio significatiõnem complet Dubium.

Durand.

Soto



ceptatio illius rei, de qua est contractus, vt in præfenti est mutua traditio & acceptatio corporum: hæc autem duo, scilicet, traditio, & acceptatio ita in contractu concurrunt, vt traditio supponatur acceptationi, & in illa inchoetur, per hanc vero consummetur contractus, atq; hinc fit, vt consensus vtriusque coniugis siue verbis, siue nutibus exprimat, quatenus mutuam traditionem continent, habeat rationem materia, quatenus vero efficiunt mutuam acceptationem habeant rationem formæ, atq; hoc modo facile explicatur in hoc sacramento tertia assertio posita. Quod vero ad secundum attinet, peculiare est huic sacramento, vt neque in materia, neque in forma requiratur verba in omni rigore, & proprietate sumpta, quia Christus Dominus nihil aliud voluit ad sacramentum, vt sensibile signum exigere, quam quod ad perficiendum humanum contractum esset necessarium: ad hoc autem quælibet signa sufficiunt, quibus consensus contrahentium exprimitur, etiam si non sint verba proprie. Tamen quia verba determinant, ac perficiunt significationem, ideo illa signa, quibus exprimitur acceptatio mutua vtriusque coniugis, dicuntur verba, vel proprie, vel proportionè quadam, quia illis perficitur significatio: & eadem ratione mutua traditio, quæ in verbis fiat, quia quid est informe, & quia tendit ad hunc effectum realem, seu morale, qui est translatio domini corporis vtriusque coniugis, ideo dicitur habere rationem materia: seu rei, ex qua conficitur sacramentum. Atque ita constat, cur in secunda assertione dixerim, in omnibus sacramentis inueniri res, & verba, vel proprie, vel proportionè quadam.

Obiectio.

Responsio 1.

Responsio 2.

Christi.

Secunda est difficultas præcipue circa tertiam assertionem, nam in sacramentis propria forma, est significatio: nam in omni signo materia est res ad significandum imposta, forma vero signum constituens est significatio, ergo præter hanc nulla alia est forma sacramenti: sed potius quidquid significat, siue sit res, siue verbum, est materia sacramenti. Respondetur, hæc duo non pugnare inter se, quod significatio sit vltima forma totius sacramenti, quæ adæquate inest toti composito ex rebus & verbis: & quod in eo composito, vna pars ad alteram comparetur, sicut forma ad materiam, quod significauit hic Caietan. artic. 6. & exemplis rerum artificialium potest facile explicari: domus enim vnus quid est, cuius vltima forma est totius domus figura: hæc autem forma inest composito ex multis materialibus partibus, ita inter se dispositis ac ordinatis, vt vna respectu alterius sit veluti forma & materia, nam fundamentum, quod supponitur, est quid imperfectum, & quasi materia, tectum vero quali forma. Ratio autem est, quia compositio materiae & formæ non tribuitur his rebus proprie, sed secundum quandam habitudinem & accommodationem, & ideo iuxta varios respectus, & habitudines potest eadem res recipere has denominationes respectu diuersorum. Deinde dici potest, materiam & formam sacramentorum habere suas partiales significationes, ratione quarum ad vnum integrum signum seu sacramentum componendum conueniunt. Quo fit, vt licet tota significatio sit veluti forma totius, tamen comparando significationem elementi ad significationem verbi, illa sit, quasi materia, hæc vero, vt forma, quia, vt supra dicebam, significatio elementi est magis indeterminata & imperfecta, determinatur autem, atque perficitur per significationem formæ. Quod etiam explicari potest adducto exemplo ex rebus artificialibus, nam partes componentes domum per suas partiales figuras, concurrunt ad totam figuram domus componendam, & vna ad alteram, tanquam materia ad formam comparatur. Neque obstat, quod Caiet. hic has partiales significationes, in rebus, ac verbis sacramentorum negare

visus est, quia nulla ratione id persuadet, nec video, cur negandum sit tam ablationem, qua verba, Ego te baptizo, significare effectum baptismi, scilicet ablationem animæ, & eadem ratio est de cæteris sacramentis, nam verba Eucharistiæ significant præsentiam Christi, species vero animæ nutritionem, & vniõnem fidelium inter se, & cum Christo, & sic de cæteris. Neque partialis hæc significatio impedit significationem totius, sed potius vtraque concurrat ad componendam illam, imo (si proprie loquamur) non habent hæc partes essentielles propriam significationem sacramentalem, nisi in ordine ad totum, quod componunt: quo sensu dici potest sacramentalis significatio composita, quod ammodo indiuisibilis: quia si sacramentum non sit essentialiter perfectum, omnino perit sacramentalis significatio in toto & in partibus: hoc autem non obstat quominus partes ipsæ in toto suas habeant significationes partiales, vt videtur esse aperta sententia D. Thom. hic art. 6.

D. Thom.

SECTIO II.

Vtrum materia & forma sacramentorum sint partes componentes & constituentes sacramentorum.

Quæstionem hanc sic in genere propositam pauci ex Theologis attigerunt, agentes vero de singulis sacramentis nonnulla indicat, quæ videri possunt generali doctrinæ tradite esse contraria, & ideo necessaria hoc loco visa est. Sit ergo prima opinio, quæ in vniuersum negat, formam sacramenti esse partem sacramenti, ita sentit tractans de baptismo Soto. d. 3. art. 1. vbi consequenter dicit, baptismum supponere pro abluitione, imo totam significationem baptismi in abluitione positam esse, atque idem docet agens de sacramento penitentiæ, dist. 14. art. 1. atque eadem est ratio de cæteris sacramentis, quæ in vniuersum, & de Eucharistia est multo maior, quia materia eius est permanens, vnde dist. 8. art. 1. de illo sacramento tractans dicit, formam tantum esse quoddam sacramentale. Fundamentum eius præcipuum est, quia in artificialibus materia est tota substantia rei, & pro ea supponunt nomina huiusmodi res significantia. Omitto coniecturas alias, ex quibusdam nominibus sacramentorum desumptas, quia nullam vim habent, & manifestam continet æquiuocationem, vt statim dicam.

1. Opinio

Soto.

Secunda sententia est, materiam & formam sacramentorum non semper esse partes sacramenti, sed interdum esse, interdum non esse, iuxta varias rationes, & significationes sacramentorum. Sacramentum enim illud est, in quo inest significatio sacramentalis: hæc autem interdum est in toto composito ex materia & forma, vt in baptismo, Confirmatione, Extrema vnctione, in quibus materia & forma sunt partes componentes sacramentum. Interdum vero significatio est in sola forma, vt in abluitione sacerdotis, & tunc illa est totum sacramentum, materia vero solum conuenit, vt quid prærequiritum: è contrario autem aliquando est significatio tota in materia, forma vero solum se habet, vt efficiens respectu materiae, & tunc non est pars sacramenti, sed sola materia est totum sacramentum: vt in Eucharistia videri licet: tota hæc sententia sumpta est ex Soto in 4. dist. 3. q. 1. dist. 8. q. 1. & 2. dist. 14. q. 4. Fundamentum esse potest, quia sacramentum est id, quod est impositum ad significandum, non semper autem imponitur compositum totum ad significandum, sed interdum tota significatio est in altera parte, vt in exemplis demonstratum est. Confirmatur, quia Concil. Florent. solum dixit, sacramenta tribus perfici, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministris conficientis sacramentum debita intentione,

3. Opinio

Scotus.

Concil. Florent.

tionem, quorum si aliquid desit, non fit sacramentum, ex quibus solum habetur: hæc tria esse necessaria, non vero quod materia & forma sint partes, quemadmodum nec minister pars est sacramenti.

Verba sentent. Dico tamen primo. Omnia sacramenta, quæ consistunt in vñs, constant reb. & verbis, seu materia & forma, tanquam ex partibus, quib. componuntur: hæc est sententia D. Tho. hic art. 9. ad 2. & art. 7. vbi dicit, sacramentum esse vnum ex materia & forma compositum, quomodo loquitur, etiam infra q. 86. art. 9. & eadem locutione vñtur cõmuniter Theologi in 4. dist. 1. Alenf. 4. part. q. 8. memb. 3. art. 1. & 2. Marli. in 4. q. 1. art. 1. & Soto his articulis sæpe vñtur eadem locutione, non tamen satis constanter, vt mihi quidem videtur. Quia si sacramentum est vnum compositum ex materia & forma, quomodo negari potest illas esse partes? Fauent etiam huic conclusioni illa verba Aug. sæpe citata: Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Doctrina est Concilij Florent. non parum fauet huic assertioni, quia ipsa nomina materiæ & formæ sunt nomina partium componentium vnum totum: ergo, cum concilium dicat, res & verba concurrere vt materia, & formæ, & de persona ministri id non affirmet, satis significat, illa concurrere per modum partium, ministrum vero extrinsece, per modum causæ efficientis. Hinc sumitur prima ratio sumpta ex analogia materiæ, & formæ, quæ ad hoc inuenta est in sacramentis, eisq. accommodata, vt indicaretur quid sit de substantia sacramenti, quia per has voces significantur partes essentielles vel substantiales rei: ergo ex ipsis nominibus satis colligitur, res & verba, quæ dicuntur materia & forma sacramenti esse partes sacramenti.

August. Secunda, Quia in his sacramentis, nec sola materia, nec sola forma significat, sed vtraque, ergo ex vtraque componitur sacramentum. Antecedens patet inductione, nam in Baptismo, & in omnibus similib. Scotus admittit. contra Sotum vero probatur, quia ablutio significationem sacramentalem habet, vt tripliciter concedit, verba autem non solum significant, verum etiam expressius & perfectius significat, quam ablutio, nam ad hoc addita sunt, vt determinent, & perficiant significationem, vt D. Thom. hic expresse docuit, & ex natura & modo significandi ipsorum verborum satis constare potest. Item in penitentia per formam significatur remissio peccatorum, quæ est significatio sacramentalis. Idem aperte constat de forma extreme vñtionis, Dimittat tibi Deus, &c. & de forma confirmationis præsertim in illis verbis, Et confirmo te Chriftinate salutis: & de forma Ordinis. Accipe potestatem &c. de forma etiam Eucharistia per se notum est significare sacramentalem effectum: in Matrimonio autem, non est vlla ratio cur traditio potius, quam acceptatio significet coniunctionem Chrifti cum Ecclesia, seu spirituale vinculum charitatis, quando quidem matrimonij vinculum non magis traditione, quàm acceptatione perficitur. Cur ergo in solo Baptismo negantur verba formæ, Egote baptizo, significare sacramentalem internam animi ablutionem? id certe, nec ratione vlla probabili, neque alicuius Theologi autoritate nititur. Atque similis ratio fieri potest contra Sotum de materia sacramenti penitentia, nam in omnibus aliis sacramentis materia habet significationem sacramentalem, vt patet de ablutione, vñctione chriftimatis vel olei, traditione calicis, aut libri, &c. traditionis mutua corporis in matrimonio: cur ergo id negabitur in confessione, quæ non minorem proportionem habet ad significandam expulsionem peccati ab anima, quam cetera materia ad explicandos suos effectus, nec minus est de substantia talis sacramenti ex Chrifti domini institutione? ergo non minus habet significationem sacramentalem, quam relique materia. Confirmatur tota hæc ratio, quia sacramenta efficiunt, quod significant, sed non solum

Nec sola materia, nec sola forma sacramenti significat.

efficiunt, performant, sed etiam per materiam, de qua. n. baptisimi ait Aug. Corpus tangit, & cor abluit, & eadem est ratio de ceteris, & specialiter de sacramento penitentia, & generaliter de omnibus. id docet D. Tho. infra q. 86. ar. 6. vbi latius tractandum est. Neq. è contrario efficiunt per solam materiam, sed etiam per formam: nam de baptismo ait Aug. aqua habere vim abluendi animam ratione adiuncti verbi, multo ergo magis ipsum verbum habebit hanc vim: quæ ratio eodem modo procedit in confirmatione & extrema vñctione. de Eucharistia vero & ab solutione penitentia nemo dubitat, neq. etiam est vlla ratio dubitandi de forma ordinis, quæ magis profertur per modum traditionis, seu imperij, & in matrimonio est res clara propter rationem supra factam: ergo sicut omnes materia horum sacramentorum habent efficientiam, sacramentalem, ita etiam significationem: ergo componunt intrinsece sacramenta tanquam partes substantiales eorum. Vnde adiungi potest tertia ratio contra Scotum, retorquendo argumentum eius, nam in re arte facta omnia illa, quæ componunt totum, in quo inest, forma & figura artificij, sunt partes componentes ipsum artificium, vt in exemplo domus supra posito, tectum fundamentum, & reliqua, sunt partes componentes domum, quia ex omnibus confurgit vna figura domus, quamuis vna pars respectu alterius dicatur habere rationem formæ, vel materiæ: ergo similiter in sacramento res & verba, quæ inter se comparantur vt materia & forma, erunt partes intrinsece componentes ipsum sacramentum: quia ex illis componitur integrum signum sensibile in quo est tota significatio sacramenti: vnde ille due partes, licet inter se comparentur vt materia & forma: tamen in ordine ad significationem materialiter se habent, vt supra dictum est. Vnde infero, falsum esse quod Soto ait, sacramentum supponere pro sola materia, Verbi gratia, baptisimum pro ablutione, maleque applicare regulam dialecticam 3 artificialia nomina supponere pro re materiali vt subest tali figuræ vel formæ: quia sicut in re arte facta supponunt pro tota materia, q. subest formæ totius, & non pro vna parte materiæ vt subest alteri: domus enim non supponit pro fundamento vt subest parieti, vel tecto, sed pro his omnibus, vt ex eis resultat vna figura: ita signum ad placitum supponit pro tota & adæquata materia significationis, quæ imposita est ad significandum, & non pro aliqua parte eius, quæ ad alteram vt materia ad formam comparatur: quia in huiusmodi signo veluti vltima forma est significatio, & reliqua omnia sunt veluti substantia, seu suppositum talis formæ, sicutur sacramentum, quod in vñs consistit (de hoc enim agimus) non supponit pro sola materia, aut pro sola forma, sed pro composito ex vtraque, quod est quasi subiectum adæquatæ talis significationis. Neque obstat argumentum, quod Soto sumit ex nominibus sacramentorum, quia scilicet Baptisimus solum significat ablutionem, & Chriftisma, vñctionem, & sic de aliis: non enim in his nominibus attendendum est, vnde sumpta sunt, sed ad quid significandum imposita sunt. Interdum vero sumitur à materia proxima, vt vñctio, interdum vero à materia remota vt Chriftisma: interdum à ritu aliquo, vt manus impositio, interdum à forma: aliquando enim sacramentum penitentia vocari solet absolutio, tamen simpliciter imponuntur ad significandum totum sacramentum, & hoc modo non significant solam materiam, sed totum compositum, pro quo etiam supponunt.

Sed superest difficultas, quia, si hæc materia & forma sunt partes sacramenti, ergo debent simul esse, & vñri, vt vnum sacramentum componant: hæc enim sunt de ratione materiæ & formæ, quæ sunt partes vnius compositi. sed neutrum horum reperitur in hæc materia & forma: nã, cum sint res successiuæ

etiam per materiam efficiunt. August. D. Thom.

Sacramentum non supponit pro materia solum.

D. Thom.

siuæ

siuz sepefit, vt quando fit forma iam non fit materia, & e conuerso: qui enim heri confessus est, hodie aliquando absoluitur: & sic de ceteris: nulla etiam vno inter has partes fit, nam vt sunt res diuersae unum rationum, quae nullam realem vnionem admittunt, & sepe distant, & tempore, & loco. Respondetur cu ratio materiae & formae non omnino proprie, sed secundum quandam accommodationem his partibus sacramenti tribuatur, non oportere, vt conditiones materiae & formae cum omni proprietate, & rigore, eis conueniant, necessarium tamen esse, vt secundum aliquam analogiam vel proportionem illas participant. Oportet ergo, vt aliquo modo sint simul, & vt aliquo modo coniungantur, vt argumentum factum, probat, quia, nisi aliquo modo coniungerentur, non facerent aliquo modo vnu, propter quod dixit Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum: nam verbum illud accedendi, coniunctione aliqua significat: si autem non essent simul, non possent coniungi, & ideo ipse formae sacramentorum sepe requirunt hanc coniunctionem vel propinquitatem: nam cum minister dicit, Ego te baptizo, illa verba requirunt, vt actio baptizandi tunc simul fiat: nam si antea facta esset, non satis esset ad veritatem formae indicantis materiae de praesenti. Confirmatur primo, quia materia sacramenti, vt dictum est, determinatur per formam: ergo necesse est, vt cum illa coniungatur, & aliquo modo simul cum illa sit: nam si essent omnino diuinctae, & quasi dispartae, non posset vna in alteram cadere, & ea determinare. Tandem in ipsamet forma sacramenti, quae pluribus dictionibus seu partibus constat, & in vniuersum in omni oratione necesse est, vt partes eius vel simul, vel cum debita propinquitate & coniunctione proferantur: alias neque vnam orationem, neque vnum signum componerent: ergo similiter in toto sacramento, vt materia & forma componant vnum signum vnam integram significationem habens, necesse est, vt simultatem aliquam, & coniunctionem habeant. Quae similitas, & coniunctio ex ipso declarari potest: nam sicut oratio est quaedam propinquitatem, & certum ordinem coniunguntur, neque aliud genus vnionis inter illas exquirere oportet: ita sacramentum de quo agimus, est res, quae successiue perficitur, inter cuius partes tanquam est necessaria debita propinquitas & subordinatio, vt per modum materiae, & formae vnum sacramentum componant.

Angust.

Inter materiam & formam sacramentalem, quae propinquitatem requiratur.

Et detrahetur q. 1.

Non requiritur physica & diuisibilis concomitantia.

Sed quae res, quanta debeat esse haec propinquitas, Quidam dicunt, necessarium esse, vt antequam finiatur tota materialis actio, verbi gratia, ablutio, perficiatur tota forma. Ita sentit glos. in cap. detrahet. 1. qu. 1. Sed est falsa, & improbabilis sententia: nam in primis id affirmat sine vilo fundamento, quia neque ad veritatem formae vel materiae id necessarium est, neque ad compositionem totius, quia in rebus artificialibus, praesertim successiuis non est necessaria tam scrupulosa propinquitas seu coniunctio. Item, cur magis necessarium est, vt forma ante materiam, quam materia ante formam perficiatur? nulla certe assignari potest ratio: requirere autem, vt ambae finiantur in eodem instanti, est praeter humanam facultatem: vnde est reuocare in dubium omnium sacramentorum veritatem. Dicitur fortasse, esse necessarium veritatem formae de praesenti: quod cum ipsa absoluitur adhuc exerceatur actio, quae est materia sacramenti, vt verbi gratia, ablutio, quia eam indicat forma tanquam praesentem. Sed in primis haec ratio ad summum habet locum in vno vel altero sacramento. Deinde etiam in illis sacramentis, in quibus forma ita indicat actionem materialem, non requiritur ad veritatem formam tam physica & diuisibilis praesentia seu concomitantia: quia per illa verba in communi modo loquendi solum significatur actio, quae hic & nunc moraliter exercetur:

siue in rigore actio coexistat verbis, siue paulo post exercenda sit, vel parum antea praecesserit.

Hinc refellitur aliorum opinio, qui dicunt oportere, vt antequam actio, quae est materia: omnino absoluitur, inchoetur forma, & e conuerso, vt antequam absoluitur forma, inchoetur materia: ita vt in aliqua sui parte concurrant, & coexistant, quae illa sit. Pro qua sententia citatur Richard. in 4. d. 3. art. 4. q. 2. vbi dicit quidem hoc sufficere, non tamen dicit esse necessarium: eam vero sententiam indicat Scotus tractans de baptismo dist. 6. q. 3. clarius & prolixius Caiet. tom. 1. opusc. tract. 26. Cuius fundamentum est illud supra actum, quoniam ad veritatem formae requiritur haec praesentia, seu coniunctio cum materia, nam cum ego profero haec verba, Ego te baptizo, si tunc actu non exerceo illum actum saltem secundum aliquam partem eius, non erit vera enunciatio. Contra hanc vero sententiam procedunt omnia argumenta facta contra praecedentem, & praesertim illud morale, quod sine causa iniicit magnum scrupulum circa veritatem, & certitudinem sacramentorum: actiones enim morales habent illum sensum: nec expediebat, vt speciali intentione Christi instituentis hoc exigeretur. Vnde recte obijcit Soto: quia cum baptizanda est magna multitudo, vt verbi gratia, cum Apostoli vno die tria millia hominum baptizabant, non tam metaphysice attendebant, vt pars materiae coexistere parti formae, sed moraliter vt vniueque faciebant. Praeterea in sacramento confessionis non potest habere locum illa opinio, nam aliquo tempore post absolutam confessionem datur absolutio, nec necesse est, vt tunc exerceatur aliquis dolor, vel actus poenitentis: nam si confessio fuit dolorosa, etiam si tunc sit omnino distractus vel phrigneticus, perficitur sacramentum, satisfactio vero postea futura, & magis distat, & non est essentialis: & fieri potest, vt nunquam sequatur. Dicendum est ergo, inter hanc materiam & formam requiri eam propinquitatem moralem, quae iuxta verborum formae significationem, & iuxta qualitates actionis per quam fit sacramentum, sufficiat, tum ad veritatem formae, tum etiam, vt moraliter censetur cadere super talem materiam, & cum illa coniungi ad vnum signum constitutum. Ita sentit Richard. supra, & latius Soto d. 3. ar. 3. Nec potest certior regula tradi, quia non potest metaphysice designari, quanta debeat esse haec propinquitas: est ergo moraliter pensanda: & obseruandum ne fiat magna interpolatio, vt ex modo, quo fit actio, & quo proferuntur verba, iuxta communem & humanum modum concipiendi intelligatur vnum alteri applicari, atque vnum ab altero determinari. Vnde fit, pro diuersitate sacramentorum diuersam etiam requiri propinquitatem materiae cum forma, nam quando materia est actio ipsius ministri, & haec indicatur per pronomen demonstratiuum, aut per verbum indicatiui modi, tunc maior requiritur propinquitas, vt in Baptismo, Confirmatione, & Extrema vnctione: ac ferè idem est in sacramento Ordinis, vbi per formam significatur traditio potestatis, quam etiam significat traditio libri, & calicis, & ideo necesse etiam est, vt illa duo moraliter simul fiant: in sacramento etiam matrimonij tanta propinquitas requiritur inter mutuum traditionem, & acceptationem, quanta est ad humanum contractum necessaria: at vero in sacramento poenitentiae, quia materia eius nullo modo est actio ministri, sed ipsius poenitentis: & quia illud sacramentum perficitur per modum iudicii, tota materia, quae fit per modum accusationis supponitur ante sententiae pronuntiationem, in qua forma consistit: & ideo, in eo sacramento sufficit at similtas, quae moraliter facis sit, vt idem iudicium peragi, & per sententiam consummari intelligatur.

Richard. in 4.

Scot. Caiet.

Propinquitas moralis sufficit.

Maior minoris propinquitas pro diuersitate sacramentorum postulat.

Quae haecenus diximus, vt in assertionem explicui, solum

solum habent locum in sex sacramentis, quæ in usu consistunt: nam cum in modo quo fiunt, existunt, & componuntur, conveniant, potest generalis doctrina de omnibus tradi. at vero de sacramento Eucharistiæ est specialis difficultas propter proprium & specialem modum existendi, significandi, & efficiendi, quem habet: nam forma eius in verbis consistit, quæ transeunt, sicut in aliis sacramentis, materia autem eius proxima non est aliqua actio vel usus transiens, sed res permanens. Vnde fit, ut simpliciter duret sacramentum & permaneat: postquam factum est, etiam si forma transeat: deinde in hoc sacramento forma solum significat præsentiam corporis, vel sanguinis Christi: materia vero significat unionem fidelium cum Christo, & inter se. Rursum forma est, quæ efficit ipsum sacramentum per actionem physicam & realem, qua panis consecratur, & non efficit gratiam in anima; materia vero explicata ad usum efficit gratiam in suscipiente. Ex quo etiam fit ut hoc mysterium sit sacrificium, seu sacrificatio in ipsa effectione sacramenti: sit autem sacramentum id, quod permanet factum per sacrificiationem, propter quæ omnia specialem difficultatem habet, quomodo materia & forma in hoc mysterio concurrant ad unum sacramentum componendum. De qua re in hoc eodem tomo ex professo disputandum est, & ideo non oportet concile, & sine sufficienti examinatione aliquid definire, præsentem enim loco satis est dicere, ut hoc sacramentum conficiatur, necessarium esse, ut materia præfens addit, quando profertur forma, cuius virtute consecrata manet, & quodammodo per illam informata.

SECTIO III.

Utrum materia & forma sacramenti sint certa ac definita ex divina institutione.

Pariterior. In hac re varij fuerunt errores speciales circa proprias materias & formas singulorum sacramentorum, quibus suo loco dicendum est: nunc tantum duo ad præsentem locum videntur pertinere. primus est eorum qui solis verbis certis putabant confici sacramenta, de actionibus vero seu materiis nihil curabant. Ita senserunt Pauliciani, ut refert Euthymius in secunda parte Panoplie, tit. 21. Secundus error est hæreticorum huius temporis, qui negant requiri in sacramentis definita verba, quæ consecratoria vocamus, sed tantum verbum doctrine seu concionatorum: quia hoc solum necessarium est ad excitandum fidem, & in memoriam reuocandum id, quod Christus in sacramentis operatus est: ad hæc autem doctrinam proponendam non sunt necessaria definita verba: varijs enim modis, ac verbis fieri potest: ergo præscripta verba requirere ad hominum sanctificationem, superstitiosum est (inquiunt) & veluti quædam magiæ species.

Mitbymia. Dico primo, Materias & formas sacramentorum determinatas esse ex Christi Domini institutione & eo modo, quo definitæ sunt, esse necessarias ad sacramenta conficienda. In hac assertionem comprehendimus utrumque sensum explicatum in commentario art. 5. & in utroque est communis theologorum, & absolute loquendo est de fide, quia res in hac assertionem intenta ex scriptura sufficienter colligitur, adiuncta Ecclesiæ & sanctorum expositione, & traditione. Primum de baptismo dixit Christus Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Vbi materiam remotam designat, proximam vero materiam simul eum forma ponit Mat. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Similiter de Eucharistia determinata materia ponitur. Mat. 26. Accipit Iesus panem, determinata autem forma in illis verbis, Hoc est corpus meum. Similiter in illis Ioan. 20. Quorum remisistis peccata, in primo indicatur forma, & in secundo materia Penitentia, de Extrema vltione colligitur Iacobi 5. Et idem est iudicium

de cæteris sacramentis, quamuis non sint ita in scriptura explicata. Ut enim ait Dionysius C. 1. de Ecclesiast. Hierarch. Primi sacerdotales muneris duces visibilibus signis cælestia sacramenta texerunt, & partim scriptis, partim non scriptis institutionibus nobis tradiderunt. Atque in hunc modum explicat ipse determinatum ritum conficiendi ea sacramenta, de quibus in sequentibus capitulis scribit. Hinc etiam Augustinus li. de vnic. bap. c. 3. dicit, sacramenta Christi debere ritu euangelico celebrari: & li. 3. de bap. c. 15. dicit, & baptismum celebrari debere verbis euangelicis, & vbiunque tractat illam questionem an ab hæreticis, vera hænt sacramenta, eam tradit generalem regulam, si in eis conficiendis ritum à Christo traditum obseruant vera tradere sacramenta, & non alias. Non enim (inquit Epistola 23.) propterea non regeneratur, quia non ab illis hac intentione offeruntur, celebratur enim ab eis necessaria ministeria, similia habet lib. 7. de bap. cap. 47. & 53. lib. de vnitatē Eccles. capite 19. & Basil. lib. de Spiritu sancto. ca. 10. vbi perinde (dicit esse) si quis ex parte baptismatis decedat, & si in vno quopiam quæ à Christo tradita sunt deficiens baptismum accipiat. atque idem significat in c. 15. Ter. l. de bap. c. 1. Homo (inquit) in quam demissus, & inter pauca verba intrinsecus, & c. 13. lex ingendi posita est, & forma præscripta. Vnde Vigil. Pap. Epistola prima decret. capite secundo, dicit defectum vnus particule copulatiue in forma baptismi, multum derogare veritati sacramenti. & cap. 6. Ex eadem causa dicit proiciendum esse ab Ecclesiâ eum, qui in forma baptismi ritum à Christo institutum non seruat. & plura statim referemus in conclusione secunda. Ratio vera tacta est à D. Tho. in art. 4. nam hæc sacramenta sunt signa gratiæ, quam conferunt, sed hoc non habent nisi exhibitione diuina: ergo ut hanc virtutem habeant, necesse est, ut in eis conficiendis diuina institutio seruetur: ergo oportet, ut ex illis rebus, & verbis consistat, quæ Deus decreuit. Quæ ratio satis declarata est in commentario art. 5. vbi etiam diximus, potuisse Deum instituere sacramenta, non determinando certam materiam in specie, vel in aliquo determinato usu, sed liberam hominibus dando facultatem, ut quibus rebus vellent uterentur ad sacramenta conficienda, sicut de sacramento legis naturæ postea dicemus, in lege autem gratiæ certum est, non ita fecisse, ut ostendimus ex D. Thom. in eodem art. 5. Quibus addere possumus, pertinuisse ad perfectionem sacramentorum nouæ legis, ut à Christo essent determinata, sicut in veteri lege Deus ipse sacramentorum ceremonias definiuit, tum, quia hoc cõfert ad maiorem claritatem, & proportionem necessariam in significatione sacramenti, tum etiam quia, cum hæc sacramenta futura essent instrumenta gratiæ, debuerunt ab ipso authore gratiæ definiti: tum præterea, quia aut maiorem Ecclesiæ vnitatē & consensionem necessarium fuit, ut in sacramentis, & sacrificio, in quibus consistit essentialis ritus exterior colendi Deum, tota Ecclesiâ conspiraret & conueniret: sicut oportuit ut esset vnum baptisma, quod est ianua Ecclesiæ ad vnitatem commendandam, non posset autem hæc vnitatis seruari in vniuersa Ecclesiâ, nisi esset à Christo determinata materia & forma sacramentorum. Denique hoc maiorem reuerentiam conciliat ipsis sacramentis, quando intelligimus ritum ab ipso Christo traditum & verbis eiusdem Christi confici.

Quæres, an hæc determinatio materiæ & formæ sit æqualis seu eiusdem rationis in omnibus sacramentis. Respondetur non esse id necessarium, in quibusdam enim certum est, materiam esse determinatam in quadam specie vltima, ut est aqua in baptismo, & oleum in extrema vntione, in alijs vero sufficit vnitatis generica, ut verbi gratia, cõfessio dolorosa est materia sacramenti penitentia, siue sit dolorosa

Dionys.

August.

Basil.

Ep. l. de fide.

D. V. 23

Materia in sacramentis modo determinata in specie, modo in genere tantum.

Tota per attritionem, siue per contritionem, quae specie differunt, & siue fit de peccato veniali vel mortali, & siue verbo siue iustit. explicetur; in aliis vero materiis dubia res est, an materia sit vnus speciei physicae vel vnus generis, vt panis & vinu in Eucharistia, & balsamum in confirmatione. Atq; idem reperire possumus in formis, quamuis in his maior vnitas & determinatio reperiatur, nã in sacramentis excepto Matrimonio, requiruntur propria verba certa ac praescripta in sensu & significatione, non in idiomate, vt postea dicemus: in Matrimonio vero sufficit quodlibet signum consensum sufficienter significans, siue sit proprium verbum, siue non, vt supra dixi: quia Christus noluit magis determinare materiam & formam huius sacramenti, quam ad rationem contractus esset necessarium, quia illud satis erat ad significationem huius sacramenti. Quapropter non dixi requiri in sacramentis determinatam formam & materiam in specie, vel in genere, sed iuxta Christi institutionem: in omnibus autem his materiis & formis reperimus quandam determinationem in ordine ad particulare aliquem finem, vel vsu humanum, vt est in Matrimonio coniugale vinculum, nam signum sufficiens ad faciendum hoc vinculum sufficit ad sacramentum, & in Eucharistia panis & vinum quae simpliciter talia censentur in ordine ad humanum vsu, sunt sufficiens materia sacramenti, & sic de alijs, de quibus distinctius agemus de singulis sacramentis disputantes, vbi etiam occurreremus difficultatibus, quae hic obijci poterant de aliquibus mutationibus, quae in materijs & formis sacramentorum factae sunt in Ecclesia: ostendimus enim omnes fuisse accidentales, & non substantiales.

Mutationes ab Ecclesia factae in sacramentis vel materijs accidentales. Sacramenta vetera certis ritibus de terminata.

Verbum concionatorum non est simpliciter necessarium in sacramentis.

Cyprian.

Ex hac vero conclusione, & ratione eius colligitur primo, idem proportione seruata dicendum esse de sacramentis veteris legis, nam licet illa non contingerent materia & forma, seu verbis & rebus, tamẽ ex diuina institutione habuerunt certum & determinatum ritum, & ideo de eorum necessitate erat, vt fierent in eis rebus, vel actionibus, quas Deus instituerat.

Secundo sequitur, in sacramentis nouae legis non esse simpliciter necessarium verbum concionatorium, vt haeretici dicunt, sed consecratorium, vt patet ex dictis, & ex eisdem fere locis scripturae & sanctorum. Christus enim, quando Eucharistiam consecravit, non est vsus verbo concionatorio ad docendum, sed verbo apto ad consecrandum panem & calicem, eo modo, quo ad veritatem talium verboru fuit necessarium. Vnde Paul. 1. ad Cor. 10. Calix (inquit) cui benedicimus, id est, quem verbis consecramus, benedictio enim verbis fit. Praeterea Matt. vlt. prius dixit Christus apostolis, Euntes docete omnes gentes, & postea subdit, Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & postea, Docentes eos seruate omnia, & illud ergo verbum, In nomine Patris, non significat verbum doctrinae, quia iam hoc praemisera, sicut catechismus solet praecedere baptismum, vt bene Hier. notauit: & ideo simpliciter dixit Christus, Docentes eos, scilicet, non tantum mysterium Trinitatis, sed fidem absolute, postea vero specialiter exprimit mysterium Trinitatis, tanquam necessario explicandum in forma baptismi: quod etiam indicat illa particula, in nomine, id est, in inuocatione, iuxta illud ad Corint. 1. Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? hoc est, numquid super vos inuocatum est nomen Pauli quando baptizati estis? sic enim intelligunt Patres omnes, quos infra agentes de baptismo latius referemus: nunc satis erit vnum vel alterum commemorare praeter citatos: prima assertio. Cyp. ser. de baptif. Christ. Verborum (inquit) solemnitas & sacri inuocatio nominis, & signa Apostolicis institutionibus, & sacerdotum ministris attributa, visibile efficiunt sacra-

mentum. Aug. Epist. 118. hoc sensu dicit, consecrari baptismum in nomine Trinitatis, & 19. contra Faust. Epist. 118. stum. c. 16. dicit, Nisi illae syllabae celeriter sonantes & transeuntes dicantur, non consecratione mysticus fit nobis, & li. 3. de baptismo. c. 10. & sequentibus. idem late docet. At denique hunc sensum habent illa eius verba, tract. 80. in Ioan. Accedit verbum ad clemẽtum, & fit sacramentum, quem locum prae interpretatur haeretici, quia re vera subobscurus est, nam si antecedentia & consequentia considerentur interdum de verbo doctrinae, interdum de sacramentali loqui videtur, nunquam tamen dicit, verbum concionatorum esse de ratione sacramenti, sed tantum verbum aliquod nostram sanctificationem efficiens: vnde videtur generatim loqui de verbo, quo sanctificamur. Tandem veritas haec satis definita est in Conc. Florenti. vbi praescripta verba docet esse necessaria ad consecranda sacramenta, idemque colligitur ex Conc. Trident. sessio. 7. cano. 13. de sacramentis in genere, & cano. 3. de baptismo & ex capitulo Ad abolendam, de haereticis, vbi generaliter damnantur, qui aliter de sacramentis sentiunt quam Ecclesia Romana docet. Ratione possumus in hunc modum argumentari contra haereticos, nam, vel ipsi existimant, verbum concionatorum esse necessarium ad consecranda sacramenta, vel non: si negat esse necessarium, sequitur ex eorum sententia, nullum verbum esse necessarium in sacramentis, quia omnino reijciunt verbum consecratorium, tanquam superfluum, & nullius efficaciae ad sacramenta consecranda, consequens autem esse contra fidem, supra ostensum est. Si vero asserat, verbum concionatorum esse necessarium ad veritatem sacramentorum, in primis oportet, vt ostendant, vbi Christus hoc instituerit, aut praeeperit, nobis enim traditum non est, neque etiam in scriptura id legitur, sed potius in ea contra ritum indicatur, vt vidimus: ipsi autem dicunt nihil esse credendum, nisi quod in scriptura continetur. Secundo, si ratione vti velimus, in re, quae ex institutione pendet, nulla est probabilis coniectura, ob quam hoc verbum requiratur, nam concio per se non est necessaria, propter eum, qui suscipit sacramentum, nam saepe non est capax eius, vt paruuli, phraetici, saepe vero illo non indiget, quia est sufficienter instructus, & dispositus. Neq; est etiam necessaria propter circumstantias, tum propter similes rationes, tum quia accidentarium est, vt alij adfinit, inio in sacramento Confessionis regulariter est necessarium, vt non adfinit: atq; simile argumentum fieri potest ex parte eius, a quo praemitti debet haec concio: aut enim necessarium est, vt fiat a ministro, vel ab alio: nõ primum, quia non est de ratione ministri sacramenti, vt possit docere, nam aliud est baptizare, aliud euangelizare, vt Paulus dicit prim. ad Corinth. 1. vbi Anselm. aduertit, non omnem illum, qui est idoneus ad sacramentum administrandum, esse etiam ad docendum, & Ambro. addit sacramentum perfici verbis solemnibus, & ideo necessarium non esse, vt qui baptizat docere possit, & aduertit, Petrum docuisse Cornelium, & domum eius, postea vero praecipisse, vt a ministris baptizaretur. Neque etiam dici potest secundum, scilicet hoc verbum adhibendum esse a ministro, vel ab alio, tum quia, non est de necessitate sacramenti, vt alius, praeter ministrum & eum, qui suscipit sacramentum, ibi operetur. Tum etiam, quia forma sacramenti semper a ministro adhibenda est, vt postea videbimus. Rursus potest simile argumentum confici ex parte ipsius doctrinae, nam interrogo quid sit necessario docendum, vt sacramentum conficiatur: numquid tota doctrina fidei, aut aliquod certum mysterium, aut fortasse institutio illius sacramenti, quod tradendũ est? quid quid responderint, sine fundamento loquentur, & contra Ecclesiae consuetudinem. Quia potius

Cont. Flor. Trid. sess. 7. can. 13.

1. Cor. 1. Anselm. Ambrosi.

potius sequitur, si hæreticus ministret sacramentum servato ritu ecclesie, præmittendo vero falsam doctrinam, non conficere sacramentum, quia illud verbum, non est verbum fidei, sed erroris: quod si dicat quodlibet verbum sufficere, cuiuscunque doctrina vel mysterij sit, nihil certe potest dici absurdius, & præterea refutari potest omnibus argumentis adductis in priori assertionem, quibus ostendimus, determinata verba esse ad concilianda sacramenta necessaria. Ad fundamentum autem hæreticorum respondetur, eos errare ex alio falso principio nimirum sacramenta non deseruire, nisi ad excitandam fidem, per se autem nihil valere, & ideo dicunt esse superfluum, uti determinatis verbis, cum ad excitandam fidem qualibet verba possint sufficere. Fides autem docet sacramenta ipsa per se multum valere, tum ad significationem, ut ostensum est, tum ad efficaciam, ut dicemus latius qu. 62. & ideo merito requiri determinata verba, quæ cum sint verba Dei, & ab ipso Christo tradita non possunt esse superflua, sed aptissima tum ad colendum Deum, tum ad nostram sanctificationem, nam verba Dei sanctificantur etiam ipsi cibi, ut Paul. ait. prim. ad Timot. 4. Nulla etiam verba aptiora sunt ad Deum orandum, quam illa, quæ ipse nobis tradidit: sic ergo nulla esse possunt aptiora, ad Deum colendum; Denique in hoc nulla est maior ratio de verbis, quam de rebus. Si ergo determinatæ res sunt necessariae, & non est superfluum uti aqua in baptismo, & vino in Eucharistia potius quam aliis rebus, quia Christus sacramentorum & nostræ religionis author has res definitur, atque instituit, cur erit superfluum uti definitis ac consecratorijs verbis, ex eiusdem Christi voluntate & institutione?

SECTIO IV.

Utrum omnis mutatio materiae, aut forme sacramentorum sit contra eorum substantiam, & veritatem.

Ratio dubitandi oritur ex precedenti sectione, dictum esse enim, de necessitate sacramentorum esse determinatas formas & materias, ergo si in his fiat immutatio, non manebit sacramentum, sicut si vera forma, aut materia hominis auferatur, vel mutetur, non manebit homo. In contrarium vero est, quia non omnis immutatio est substantialis, sed aliqua est accidentalis, quas oportet distinguere, duæ enim regulæ sunt in hac materia obseruandæ.

Prima regula est. Si mutatio materiae & formæ substantialis seu essentialis sit, nullum efficitur sacramentum. Hanc probat ratio facta ex doctrina præcedentis sectionis, quia per huiusmodi mutationes tollitur vera materia, aut vera forma essentialis sacramenti. Et confirmari potest ex concil. Nicen. cano. 19. ubi baptisimus, quem hæretici Pauliniani dabant, iudicatur nullus, non quia ab hæreticis datur, hoc. n. non est contra substantiam sacramenti, sed quia mutabant veram & essentialem formam, ut constat ex Innoc. 1. epi. 22. c. 5. Atque simile est, quod in concil. Laodicen. c. 8. dicitur, baptisimum Cataphrygarum esse nullum, quia videlicet mutabant formam, ut notavit Præcol. verbo Cataphrygæ, & Sander. hæres. 32. quamvis antiqui hunc errorem in Cataphrygis non notent, sed solum dicant eos de Trinitate male sensisse, ut in Aug. & Da. videre licet.

Secunda regula est, si in materia, vel forma sacramenti fiat mutatio tantum accidentalis, non omnino destruitur sacramentum, sed factum tenet. Est communis & certa, quæ sumitur ex Zacharia Pap. ep. 1. ad Bonifac. & habetur in c. Retulerunt de consecr. d. 3. ubi docet, mutationem factam in forma baptisimi ex ignorantia cuiusdam non irritasse baptisimū, quia accidentaria erat. Sic etiam Aug. lib. 6. de bapt. c. 25. dicit, dummodo verba evangelica feruntur, sine quibus baptisimus nihil valet, licet interdum per imperitiam aliquid ex errore miscetur, nihilominus Franc. Suarez Tom. 3.

minus perfici sacramentum. Ratio vero est, quia sola accidentalis mutatio non variat substantiam rei: ergo etiam in sacramentis illa non obstante, manere poterit substantia sacramenti, atque adeo verum sacramentum.

Ut vero distinguamus has mutationes, sit tertia regula circa materias sacramentorum. Quando mutatio materiae tanta est, ut iuxta communem usum, & conceptionem hominum minime conveniat ratione, & nomine cum materia ab Ecclesia usitata & à Christo præscripta, tunc mutatio est essentialis, alioquin est accidentalis. Declaratur exemplis, materia baptismi est aqua: si ergo mutatio fiat ex elementaliqua aqua in rosaceam, mutatio est essentialis, quia aqua rosacea, nec simpliciter est aqua, neque rationem, aut usum aquæ simpliciter dicitur habere: si vero solum mutetur aqua ex frigida in calidam, mutatio est accidentalis, quia aqua calida simpliciter & nomine & rationem, & usum aquæ retinet. Simile est in Eucharistia de materia panis, nam si mutetur ex azimo in fermentatū, & è contrario, accidentalis est mutatio, quia uterque est simpliciter panis, si triticus sit, si tamen ita fiat mutatio, ut ex alia re conficiatur mutatio est essentialis, quia iam ille, neque in re, neque in usu hominum ceteretur simpliciter panis. Ratio vero est clara ex supra dictis, nam materia sacramentorum est determinata à Christo: ergo necesse est, ut sub aliqua ratione & nomine determinatione habeat: ergo, si tanta sit mutatio, ut amittat illam rationem, & consequenter nomen, erit mutatio essentialis, si minus, erit accidentalis. Adiangam autem mutationem nominis cum mutatione rei, non quia illa sit per se necessaria: nam sicut in rebus ipsis consistit sacramentum, ita mutatio rei est, quæ per se pertinet ad veritatem, vel nullitatem sacramenti, tamē, quia nomina sunt nobis signa rerū, ideo amissio nominis est magnum morale argumentum, quod res etiam mutata sit: agimus enim de nomine communi, quo propria rei substantia indicatur: Obseruandum autem est, quod supra etiam adnotauimus, hanc rationem materiae non semper esse considerandam secundum aliquam rationem ultimam, ac physicam, sed in ordine ad humanum usum, & ut significatur per nomen, quod huiusmodi usum respicit: quia istæ materiae sacramentorum designatae sunt in aliquibus actionibus humanis vel in ordine ad illas, & sub ea ratione habent propriam determinationem, & essentiali immutabilitatem: exemplum vulgare est in pane, qui est materia Eucharistiae: massa vero non duntaxat cocta, non est materia, siue differat à pane in specie substantiali physica, siue non, quia non est panis, qui possit esse cibus humanus. Denique in praxi huius regulæ obseruanda maxime est traditio Ecclesiae: nam omnis illa mutatio materiae, quæ, iuxta usum Ecclesiae non destruit sacramentum, accidentalis est; neque in hoc potest Ecclesia errare, si traditio sit vniuersalis, vel approbata ab vniuersali Ecclesia, quia hæc res maxime pertinet ad fundamenta fidei & morum, in quibus Ecclesia errare non potest, cum sit columna & fundamentum veritatis.

Quarta regula ad formas sacramentorum pertinet, mutatio illam, quæ variat sensum verborum formæ, esse substantialem: si vero illum non variet, esse accidentalem, ita D. Tho. hic, & late Scot. in 4. d. 3. q. 2. Gab. q. 1. & alij, quos statim referam, & in eandem sententiam adducit D. Thom. August. ut in Commentario arti. 7. visum est: exemplum afferemus statim. Ratio vero est, quia sensus est veluti anima verbi, quia verbum non profertur propter sonum, sed propter sensum, & ideo, si idem sensus maneat, idem verbum, atque adeo eadem forma manere censetur: si autem mutetur sensus, & verbum & formam substantialiter mutari necesse est.

Sed, ut hæc regula clarior sit, & ad usum possit accommodari, oportet oēs mutationes, quæ in formis

Ut differat mutatio substantialis, & accidentalis

Materia ad tendenda est in ordine ad usum humanum

Mutatio verborum sensum verborum substantialis. D. Thom. Scotus.

Gabrieli. Ocio mutamij

Mutatamateria aut forma substantialem nullum est sacramentum. Con. Nicen.

Innoc. 1. Conc. Laod.

Præcol. Sander.

Mutatio tantum accidentalis in materia vel forma non destruit sacramentum. Zachar. August.

Innocentius III. c. 1. de consecr. dist. 3.

D. W. 11.

*Etiam in
de in verbis
esse possunt.*

mis sacramentorum cōingere possunt, distinguere. Octo autem potissimum reperio huius mutationis genera, seu modos. Prima mutatio est idiomatis, sci licet vnius linguæ in aliam, de qua certa fide tenedū est, esse accidentalem tantū, alioqui oporteret sacramenta cōficere in ea lingua seu idiomate, quo Christus locutus est, q̄ aperte constat esse hæreticū, si autē verba, quæ Christus protulit Hebraice, vel Syriace possunt Græce, vel Latine prolata ad sacramenta conficienda sufficere, eadem ratione quodlibet genus linguæ, vel idiomatis sufficere, quia non est maior ratio de vno, quam de alio, & ratio generalis omnib. est supra dicta, quia retinetur idē sensus. Dices, Ecclesiæ vsum, vel præceptum posse efficere, vt vnum idioma potius, quam aliud sufficiat. Respondetur, Ecclesiā posse præcipere, vt hoc, vel illo idiomate vtamur in conficiendis sacramentis: & tunc male faciet, ac peccabit, qui tale præceptum fuerit transgressus alio idiomate vtendo: nō potest tamen Ecclesiā efficere, vt ea solum de causa sacramentum nullū sit, si idē sensus formæ retineatur, quia in his, quæ sunt de substantia sacramentorum, nihil potest immutare, neque aliquid, vt essenziale præscribere, quod iuxta Christi institutionem essenziale non sit.

Vnde recte etiam obseruauit Caiet. hic ar. 7. circa solu. ad 2. mixtionem idiomatum, etiam in eadem numero forma fiat, non esse contra substantiam sacramenti, dummodo singulæ voces eiusdem significationis sint cum verbis formæ: & in vna oratione cōiunctæ eundem sensum referant. Ex quo intelligitur, aperte errare hæreticos huius tēporis, qui necessarium putant, vt sacramenta in singulis nationibus & prouincijs, in vulgari lingua conficiantur, contra quorum errorem sufficit Ecclesiæ traditio & autoritas: ac præterea, si de necessitate simpliciter ad sacramenti substantiam loquantur, satis conuincuntur ratione prædicta, quia non minus significant verba in alio idiomate, quam in vulgari. Quod fideant, vulgarem populum non intelligere significationem. Respondetur primum, id non esse necessarium, vt sæpe Dionys. repetit de Eccles. Hierarch. Deinde satis est, quod confuse intelligat illa actio, & verbis sacris significari sanctificationem nostram, & hoc omnes intelligunt, etiam si propriam verborū significationem non percipiant. Si autem loquantur de necessitate percepti, seu maioris congruentiæ, confutabitur latius hic eorum error inferius, cum de ritibus, ac ceremoniis sacramentorum disputabimus.

Secunda mutatio est, quando intra idem idioma ponuntur alia verba, quam ea, quibus Ecclesiā vti consuevit: easdem tamen res significantia, vt si loco Patris & Filij, ponantur, genitor, & genitus, & loco verbi, Baptizo, ponatur verbum, abluo, & sic de reliquis, & in hac mutatione diligenter obseruandum est, an voces reuera idem significant, ita vt synonyma sint: nam tunc sine dubio est mutatio accidentalis, quia est idem sensus: si autem voces non sint synonymæ, erit essentialis mutatio: quia iam non tantum sonus, sed etiam significatio vocum mutatur: & ideo cauendū est, ne in dubio hæc mutatio fiat, quia dubium consequenter erit ipsum sacramentū. Quocirca vltimus est circa hanc mutationem obseruandum, cum dicimus, debere voces significare easdem res, intelligendum esse de significatione eque distincta & clara, nam, si, quod quibusdam verbis distincte significatur, alijs significetur confuse, non potest dici æquiualens significatio, vt, si loco illorū verborum, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, dicatur, in nomine Trinitatis, mutatio est essentialis, propter dictam causam. Atque eadem ratione (vt Soto merito aduertit) necessarium est, vt significatio vocis, in quam fit mutatio, sit publica, & cōmuni impositione recepta: nam si quis suo arbitrio, & priuata auctoritate tentet imponere nouas voces ad id

significandum, quod voces sacramentales significant, etiam si eis vtatur animo conficiendi sacramentum, nihil faciet: quia non possunt illa verba simpliciter dici significare ad placitū, tanquam verba humana, & ad communem vsum hominū deferuentia, qualia esse debent verba sacramentalia, ad quorū significationem necesse est, vt verba habeant prædictam significationem publicam, & vsualem (vt sic dicam.) Præterea tertio est in hac mutatione obseruandum, accidere posse, vt verba, in q̄ fit mutatio, sint æquiuoca, & in vna significatione omnino referant eundem sensum, quem habent verba sacramentalia, in alia vero minime: & tunc difficultas esse potest, an talis mutatio sit substantialis. Videtur enim multum variare significationem vocis: nam eam, quæ erat certa & determinata, reddit incertam & dubiam. Nihilominus, si debita intentione proferantur, in eo sensu, quo sacramentalia verba, dicendum est, mutationem esse accidentalem: & in primis, si ex adiunctis verbis & circumstantiis satis determinetur verba ad talem significationem, res videtur clara: sicut etiam & contrariō, si ex adiunctis determinentur verba ad alium sensum & significationem, mutatio esset essentialis, & destrueretur sacramentum, quia tunc quodammodo tollitur æquiuocatio: quia definiuntur verba ad certam significationem: vnde si in illa reddant eundem sensum cū forma, satis sufficiens erit ad substantiam sacramenti. Deinde, si verba maneant in suā æquiuocatione & ambiguitate quoad exteriorem sonum, & tamen ex animo, & intentione proferentis determinentur ad significationem & sensum verborum formæ, id satis esse videtur, vt mutatio sit accidentalis: nā illa verba in ea significatione sunt synonyma cum verbis formæ, & in ea proferuntur: ergo vt sic, referunt eundem sensum: ergo sufficere ad substantiā sacramenti. Confirmatur, nam sola æquiuocatio non videtur sufficiens, ad mutationem substantialem, si alias seruetur significatio, & debita intentio: tum, quia fere in omnibus vocibus est aliqua æquiuocatio, quæ, vel ex communi vsu, vel ex intentione loquentium, ad alteram significationem determinantur, tum etiam, quia in alijs rebus, & exemplis, quæ attigit D. Tho. art. 8. & in sequenti sectione tractabim⁹, negari non potest, quin aliquando voces dubiæ, vel æquiuocæ, iuxta intentionem proferentis possint sufficere ad substantiam sacramenti. Vnde consequenter fit, si minister proferat verba æquiuoca, & animo suo intēdat ea proferre in sensu alieno, à verbis formæ, tunc esse mutationem substantialem, quia tunc illa verba, vt ab isto prolata, non significant, neque habent eundem sensum, quem forma sacramenti requirit.

Atq̄ ex dictis circa hanc mutationem colligitur, *D Thom.* quomodo intelligenda sit regula, quam D. Thom. tradit art. 7. ad 2. quando in aliqua lingua eadem res pluribus vocibus significatur, illam esse assumendam ad conficiendum sacramentum, qua homines illius linguæ principalis & communis vtuntur ad illam rem significandam, nam hoc in primis intelligendū est de communi vsu Ecclesiastico, vt Caiet. notat, exemplum adhibens in verbo, Baptizo, quod apud Latinos non est proprium neque vsitatum ad actū abluendi significandum, tamen ex vsu Ecclesiæ accommodatū est ad eam significationē, prout vsurpatur communiter in forma baptismi. Deinde, verbū illud debet, non significat necessitatem simpliciter ad substantiā sacramenti: quia, vt ex dictis constat, si verba sint synonyma, quodlibet eorum sufficere ad significationem eiusdem sensus: & consequenter ad substantiam sacramenti, etiam si alterū eorum principalis sit, seu magis vsitatum: solum ergo significatur illo verbo, vel congruens ratio, ob quam Ecclesiā fere semper vtitur huiusmodi verbis magis vsitatis, in formis sacramentorum, vel potius signifi-

Verbum æquiuocum in bono tamen sensu prolatum non destruit sacramentum.

D Thom.

Vsitata enim sunt verba, quæ communis vsus Ecclesiæ recipit.

significatur obligatio, quam ministri sacramentorum habent utendi in sacramentorum formis verbis illis, quibus Ecclesia uti solet: nam illa simpliciter dicenda sunt principaliora, & communiora in huiusmodi usu.

Tertia mutatio est, per transpositionem verborum, ut si quis dicat, Baptizo te, vel si actiuam orationem in passiuam conuertat, & in hac mutatione idem, quod de precedenti, dicendum est: nam, si sensum mutet, est contra substantiam sacramenti: non vero si sensus idem sit, quod ex usu verborum & communi significatione iudicandum est: regulariter tamen haec mutatio erit accidentalis, quia si singulae formae sacramentorum considerentur, haec sola mutatio vix potest sensum formae variare.

Quarta mutatio esse potest per interpolationem, seu distinctionem partium seu verborum formae, ut si prius dicat, Ego te baptizo, & ibi aliquantulum susitat, vel etiam de rebus alijs loquatur, & postea subiungat, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & in hac mutatione nihil potest certius dici, quam quod in superioribus de materia & forma sacramenti diximus, & de morali propinquitate quam requirunt, eadem enim moralis regula seruanda hic est: nam, si tanta est distinctio verborum, ut ex modo proferendi communi sensu iudicetur ex illis non confici vnâ orationem, nec reddi vnum integrum sensum, mutatio est substantialis, quia non solum singulae voces, sed etiam debita earum compositio est de substantia formae: quia esse debet oratio ex illis vocibus composita, ut possit verum ac proprium sensum talis formae reddere: at vero si mora aut distinctio tam parua sit, ut ea non obstante censeantur iuxta communem sensum voces illae sufficienter coniungi ad vnam orationem componendam, & vnum integrum sensum efficiendum, mutatio erit accidentalis, ut constat ex generali principio posito. Quando vero interruptio sit huius vel illius generis, non potest certa, ac indiuisibili regula definiri, sed ex modo & ex duratione temporis, & ex alijs circumstantijs prudenter est iudicandum. Quapropter ad tollendum omne dubium diligenter cauendum est, ne huiusmodi interpolatio fiat.

In additione vel detractio ne verbi mutatio qualis. Quinta mutatio esse potest per additionem alicuius verbi, & sexta per subtractionem, de quibus late agit D. Tho. hic art. 8. vbi, quod dicit de intentione ministri, in sequenti sectione examinabitur. Quod vero ait de sensus mutatione ex dictis satis explicatum est: nam si additio vel subtractio talis sit, ut mutet debitum sensum formae, mutatio est substantialis, & contra sacramenti veritatem, alioqui erit accidentalis. Solum obijci potest, quia vix posse videtur, ut aliquod verbum subtrahatur, & non mutetur sensus formae, ut in exemplo illo quo D. Tho. vitur, de forma Eucharistiae, Hoc est enim corpus meum: nam si tollatur particula, enim, dicitur esse mutatio accidentalis, & tamen mutatur sensus propositionis, quia mutatur propositio causalis in propositione de inesse, quae valde diuersos referunt sensus. Respondetur in primis, non semper mutari vilo modo sensum, ut si in forma baptismi, vel poenitentiae tollatur pronomen, ego. Deinde, considerandus est sensus per se intentus in forma sacramenti: illi enim est substantialis, & simpliciter necessarius, & quod illi additur, vel subtrahitur, accidentaliter est, ille autem sensus est per se intentus in forma: quo proprius sacramenti, vel ipsius formae effectus significatur, in quo discernendo Ecclesiae traditio potissimum consulenda & sequenda est, ut in d. exemplo de Eucharistia substantialis sensus formae est, ut significet conuersionem substantiae panis & vini in corpus & sanguinem Christi, & hic sensus non mutatur ablata particula, enim, & ideo mutatio illa accidentaliter est.

Obiectio.

Responsio.

Syllabarum corruptio

Septima mutatio est per aliqualem formae corruptionem, ut est in illo vulgari exemplo sumpto ex Franc. Suarez Tom. 3.

Zach. Pap. in d. c. Retulerunt, si in forma baptismi quis dicat, In nomine Patris & Filias, &c. De qua idem Pontifex tradit regulam à nobis positam, considerandum nimirum esse, an corruptio sit tanta, ut omnino tollatur sensus: nam tunc erit substantialis mutatio: non vero si verba sic corrupta possint eundem sensum reddere. Nec necesse est, ut verba sic corrupta per se sumpta habeant in rigore illam significationem, sed satis est, ut ex modo, quo hic & nunc proferuntur, iuxta communem concipiendi modum talem sensum generent in audientibus sicut in praedicto exemplo, vox Patris, per se sumpta in rigore longe aliam significationem habet quam vox Patris, tamen posita in illa oratione, & accomodata illi actioni, iuxta communem modum concipiendi, idem significat, atque eundem sensum reddit: & hoc satis est, ut illa mutatio accidentaliter censeatur. Addit vero D. Tho. hic artic. 7. ad 3. quando corruptio contingit in principio dictionis, frequentius esse substantialem: & omnino mutare sensum, ut si loco Patris, dicatur, Matris. Quod saepe fortasse ita est in aliquibus vocibus. Latinis, nam in alijs fieri potest, ut maior sit mutatio in fine dictionis facta, ut si, pro Baptizo, dicatur, Baptizor, & sic de alijs. Quapropter communis sensus & modus concipiendi potissimum est consulendus, ac fortasse magis conferet obseruare, ac corruptio talis sit, ut cum illa verba non habeant alium legitimum, & coherentem sensum praeter sensum formae, nam tunc regulariter eundem sensum retinent, atque ita corruptio erit accidentaliter, & eiusdem modi est illa, in nomine Patris, &c. quando vero per corruptionem transeunt verba in aliam significationem valde diuersam, legitimam & coherentem orationi, quae resultat ex verbis sic corruptis, tunc regulariter est mutatio substantialis, vel ut minimum, reddit formam valde dubiam: ut patet in illis mutationibus, In nomine Matris, vel, Ego baptizor, & sic de alijs.

Octaua mutatio esse potest, si omnia verba formae mutarentur in alia signa, vel nutus, vel scripturam, de qua dicendum est in Matrimonio esse accidentalem propter rationem supra datam, in alijs vero esse substantialem, quod in quinque sacramentis certum est, de poenitentia vero sacramento nonnulli dubitarunt, an possit sufficere forma, seu absolutio scripto missa, sed longe probabilius est non sufficere: sed verba propria requiri ex Christi institutione, quam habemus ex Ecclesiae traditione, & doctrina, Concil. Florent. cuius generales congruentias supra tradidimus, cum ostenderemus, verba esse in sacramentis necessaria, & assignauimus peculiarem causam excipiendi matrimonium, quae omnia in singulis sacramentis latius examinanda & confirmanda sunt.

SECTIO V.

Vtrum ex scientia, vel intentione ministri pendeat, quod mutatio facta in forma sacramenti substantialis sit, vel accidentaliter.

Ratio dubitandi sumitur ex Zach. Pap. dict. c. Retulerunt, vbi dicit, illam corruptionem formae baptismi, In nomine Patris, &c. non esse contra substantiam sacramenti, si ex ignorantia facta sit, & non ex intentione introducendi nouum ritum in Ecclesiam, quem D. Tho. hic imitatur, ex qua doctrina à contrario sensu videtur, si praedicta mutatio ex illa intentione oriatur, fore substantialem. In contrarium vero est, quia tunc mutatio est substantialis, quoniam tollitur sensus verborum formae: sed ad hoc nihil referre videtur scientia vel intentio ministri, quia sensus verbi pendet ex significatione eius significatio autem consequitur verbi prolationem: si ergo eadem sit prolatio, & compositio verborum, eadem

quanta esse debeat ut sacramentum destruat.

Mutatio signi in signa et in nutus scripturam, etc. in matrimonio videtur, in alijs non item. In sacramentis poenitentiae requiri verba proprie probabili sumum.

Zach. Pap.

dera



dem erit significatio atq; idem sensus, quidquid min-
 ister intendat, sciat, aut ignoret. Confirmatur, nam,
 si minister integre proferat formam, non potest mu-
 tare sensum eius: etiam si ipse velit aliud intendere,
 vel significare: & similiter, si ita corrumpat formam,
 ut in re ipsa mutetur sensus eius, etiam si ipse maxi-
 me intendat, & cupiat verum sensum proferre, mu-
 tatio erit substantialis: ergo e contrario, si verba no-
 adeo corrumpantur, ut amittant sensum & significa-
 tionem, non poterit mutatio esse substantialis, quid
 quid minister intendat. Et ratio vniuersalis est, quia
 significatio & sensus pendet ex re ipsa, & non ex in-
 tentione, si maior, vel minor mutatio in re non fiat.

*Tribus mo-
 du minister
 potest muta-
 re verba
 Primo nec
 sciens, neque
 intendens.*

In hac re oportet distinguere scientiam ab inten-
 tione, quia diuersae difficultates ex eis oriuntur. Tribus
 igitur modis potest se habere minister in hac
 mutatione. Primo, ut bona fide operetur, nullam
 existimans se mutatione efficere, sed ex imperitia ita
 corrumpat, vel mutet verba, quia putat ita solere
 proferri, quod etiam potest contingere ex naturali
 linguae impedimento, ut si non possit aliter verba
 proferre: & in hoc casu loquitur Zachar. Pap. supra,
 & in eo procedunt sine difficultate omnia, quae in
 superiori sectione dicta sunt.

*Secundo sciens
 & intendens
 ipsam san-
 ctum muta-
 tionem.
 D Thom.
 D Anton.
 Regula te-
 nenda.*

Secundo fieri potest, ut minister sciens & videns,
 voluntarie faciat huiusmodi mutationes, non animo
 introducendi nouum ritum, sed vel ex indiffereta de-
 uotione, aut potius superstitione, vel ex alio vano
 motiuo. Et in eo casu aliqui sine distinctione affir-
 mant, mutationem esse substantialem, & putant esse
 sententiam D. Thom. hic artic. 7. ad 3. quam indicat
 Antoni. 3. p. tit. 14. cap. 13. §. 3. Sed simpliciter est falsa
 sententia: vnde regula generalis statuenda est: si mi-
 nister habeat intentionem faciendi sacramentum,
 quamuis sciens, & videns aliter proferat verba, qua
 communiter proferri solent in Ecclesia, ita tamen, ut
 in eis non mutetur sensus verborum, mutationem esse
 accidentalem: atq; adeo sacramentum esse validum:
 licet in ea actione minister peccet, ut infra videbi-
 mus. Ita sentiunt omnes Theologi statim citandi.

Conc. Flor.

Et ratio est, quia iuxta Conc. Flor. omne sacramen-
 tum tribus perficitur: materia, forma, & ministro
 debita intentione operante: quibus concurrentibus,
 necessario fit sacramentum, sed in eo casu omnia ista
 concurrunt: nam supponimus adhiberi vera materia-
 riam, & ministrum habere intentionem faciendi, quod
 Ecclesia facit: ex parte autem formae non est defectus
 essentialis, quia manent verba cum eodem sensu (ut
 etiam in casu supponitur) ergo est tantum mutatio ac-
 cidentalis. Neque D. Thom. in illa solutione contra-
 rium docuit: sed potius, si attente legatur, hoc potest
 colligi ex eius doctrina: nam in primis ibi non agit
 absolute de omni mutatione, sed de illa, quae fit per
 corruptionem verborum. Deinde non dicit simpli-
 citer, quando haec mutatio fit ex certa scientia non
 perfici sacramentum, sed dicit, non videri perfici sa-
 cramentum: quia nimirum ille, qui scit esse dicendum in
 forma baptismi, in nomine Patris, & volutarie cor-
 rumpit ac dicit, in nomine Patria: videtur potius per io-
 cum, aut contemptum velle proferre formam, qua
 ut conficiat sacramentum, aut certe vult aliud signi-
 ficare, quam Ecclesia intendat: quamuis autem hoc
 signum sit probabile, non tamen certum: potuisset
 enim minister ex alia intentione sic operari retenta
 substantiali intentione faciendi sacramenta, quod
 in alijs mutationibus facilius est: ut si quis breuitatis
 causa verbum aliquod voluntarie omittat, vel ad-
 dat ob indifferetam deuotionem, quod manifeste
 docet D. Tho. in ar. 8.

*Tertio sciens,
 & intendens
 nouum ritum
 inducere
 2. Sententia.*

Tertio modo fieri potest, ut minister, non solum
 ex certa scientia mutationem efficiat, verum etiam
 nouum ritum per eam intendat nouum ritum & errorem in Ec-
 clesiam introducere: & in eo casu prima sententia val-
 de confirmata est, mutationem esse substantialem,
 ac veritati sacramenti contrariam. Ita videtur senti-

re D. Tho. hic ar. 8. & in 4. d. 3. q. 1. ar. 2. q. 3. & ibi Bo-
 nauen. ar. 2. q. 3. ad finem, in illis verbis, Nisi velit in-
 troducere errorem. Alex. Alenf. 4. p. q. 13. memb. 3. ar.
 3. D. Anton. loco paulo antea citato. Qui auctores
 generaliter loquuntur. Alij vero specialiter hoc af-
 firmant, quando minister intendit aliquid addere
 formae, tanquam essentiali, quod non est ex Christi
 institutione necessarium, vel si intendit auferre ali-
 quid, putans esse essentiali, cum re vera non sit, na in
 huiusmodi euentibus, & similib. negant confici sa-
 cramentum propter formae mutationem. Ita opinatur
 Gab. in 4. d. 3. ar. 2. concl. 3. & ibi Scot. q. 3. Richar.
 artic. 2. q. 3. & huic sententiae videtur fauere decisio
 Zacha. Pap. in d. c. Retulerunt. Fundamentum au-
 tem praedictorum authorum est, quia minister, qui
 intendit introducere ritum Ecclesiae traditioni
 contrarium, non potest intendere facere, quod facit
 Ecclesia: & similiter, qui intendit addere, ut essen-
 tiale praeter Christi institutionem, non potest inten-
 dere efficere veram essentiali sacramenti: & multo
 minus id potest, qui intendit tollere aliquid, quod
 putat esse essentiali: sed absque debita intentione
 ministri, non potest perfici sacramentum, ut infra
 dicemus: ergo.

*Bonaue.
 Alenf.
 Antonia.*

*Gab.
 Scot.
 Zach. Pap.*

Secunda sententia est, non pendere ex intentione
 ministri, quod mutatio sit substantialis, vel acciden-
 talis, sed attendendam esse regulam supra positam:
 an in re ipsa deitruatur legitimus sensus formae nec-
 ne: quia, si non destruitur, mutatio erit accidentalis,
 etiam si minister intendat introducere nouum ritum
 Ecclesiae contrarium: dummodo intendat facere sacra-
 mentum: nam haec duae intentiones non sunt contrariae.
 Et, quoniam ex hoc vltimo magna ex parte pendet
 fundamentum huius sententiae, illud in primis proban-
 dum est. Primo exemplis, seu inductione quadam:
 nam Graeci intendunt plures ritus, ut essentialis, qui
 re vera non sunt necessarij, putant enim panem fer-
 mentatum esse de essentia Eucharistiae, & similiter
 verbum illud, Quod pro vobis tradetur, esse de es-
 sentia formae, qua corpus Domini conficitur, & illa for-
 mam baptismi, Baptizetur seruus Christi, ita vt in
 ea non exprimat persona ministri, esse essentiali:
 & haec non obstant quominus & intendat facere sa-
 cramentum a Christo institutum, vt re vera facit,
 quia in re ipsa vera materia, ac vera forma vtuntur.
 Similiter Donatista intendebant, de necessitate sa-
 cramenti esse, vt minister sit fidelis, vel iustus: & huc
 ritum volebant in Ecclesiam introducere: & nihilo-
 minus verum baptisma conficiebant, vt Aug. contra
 illos scribens, tanquam indubitatum vbiq; supponit.
 Rursus inter Catholicos sibi est quaestio, an ali-
 quod verbum sit de essentia sacramenti, necne, vt v.
 g. in forma sanguinis de verbis illis, Qui pro vobis,
 & pro multis, &c. Si quis ergo opinetur, esse essentiali-
 a, & hoc modo intendat illis conficere sacramen-
 tum, quamuis contingat re ipsa non esse de essentia,
 non propterea non conficiet, quia illa priuata opinio,
 & intentio non excludit absolutam, & generalem
 intentionem conficiendi, sicut Christus instituit: &
 alioquin non impedit, quominus sufficiens materia
 & forma applicentur.

2. Sententia

Vnde argumentor secundo ratione, quia cum erro-
 re priuato potest simul esse generalis intentio faciendi
 sacramentum, vt ex dictis patet, & latius diceetur in-
 fra q. 64. & ex se videtur manifestum: quia illae duae
 intentiones non sunt contrariae in obiectis suis: &
 ideo non est necesse vt altera alteram excludat. Vn-
 de, si contingat, minister non habere intentionem
 faciendi sacramentum, erit quidem sacramentum
 irritum, non tamen ex eo capite, quod nunc tractamus,
 scilicet, ex mutatione formae aut materiae: sed ex alio
 extrinseco, scilicet ex defectu intentionis, qui non est
 necessarius coniunctus cum tali mutatione, & con-
 iungi potest cum materia & forma integre exterius
 exhibitis sine vlla mutatione. Et hanc opinionem te-

*Cum errore
 priuato pot
 esse simul in-
 tentio confi-
 cendi sa-
 cramentum*

te

Dorand.
Palud.
Adrian.
Ledesma.

Soto.
Soto sententia
refutatur.

Error in actu
tantum ex
eius positio
in forma. nō
vero formalis
est expressus
sacramentum
non destruit.

Quid ex his
opinionibus
verum.

net Durand. in 4. d. 3. qu. 2. clarius Palud. q. 1. num. 15. & fere Adrianus in materia de baptis. qu. 3. in 2. p. l. lius, quamquam ex parte videatur primæ sententiæ assentire, tenet etiā Ledes. in 4. p. q. 1. art. 7. vbi ad D. Thom. respondet eodem modo, quo paulo antea explicuimus solutionem ad 3. ar. 7. scilicet, vt nō simpliciter neget, in hoc casu confici sacramentum, sed solum dicat, ita apparere, id est, ministrū sic operantem, suspicionem generare, quod non debita intentione sacramentum conficiat. Tandem Soto dist. 1. q. 1. ar. 8. & d. 3. q. 1. ar. 5. licet Paludani sententiam reprehendat, postea vero, vel in eam incidit, vel non satis constanter loquitur: dicit enim, si is, qui intendit errorem inducere, eum exprimat in forma, esse mutationem substantialem, & non fieri sacramentum, vt si quis existimans personas diuinas esse inæquales, hoc significat in forma baptisimi dicens, In nomine Patris maioris & Filij minoris. Si autem (inquit) error non exprimat in forma: priuatus error non obstat, quominus fiat sacramentum. Sed inquiri, quomodo existimet necessarium, vt error in forma exprimat: aut n. id fieri necesse est, mutando legitimum sensum formæ, vt in exemplo supra posito contingit, & tunc res est extra controuersiam: nam tunc illa mutatio est substantialis, non ex defectu intentionis, sed quia in re ipsa verus sensus destruitur: aut vero ad hoc, vt error exprimat in forma, satis est, quod ex tali errore, & intentione aliquid verbum addatur, vel subtrahatur formæ, et si ex ea additione vel subtractione sensus formæ nō mutetur, & sic non loquitur consequenter: nam rationes omnes quibus probat posteriorem partem illius distinctionis, scilicet errorem non expressum in forma non esse contra substantiam sacramenti, probant etiam si sit expressus prædicto modo, non obstat veritati sacramenti: quia omnes fundantur in hoc, quod non mutatur sensus formæ. Vnde potius videtur sentire (& merito) tunc errorem non esse expressum in forma, quando etiam aliquid sit additum, vel subtractum formæ, nullus error per eam significatur, vt in prædicto exemplo, si quis in forma panis Eucharistiæ ex errore Græcorum, & intentione inducendi nouum ritum, addat illud verbum.

Quod pro vobis tradetur, quamuis in actu exercitio (vt sic dicam) errorem suum prodat in forma: tamē non illum exprimit quasi in actu signato: non enim dicit in ipsa forma illam particulā esse essentialē: nec propter illam additionē error aliquis in forma ipsa significatur. Quod si hunc sensum intendit Soto: incidit in opinionē Palud. vt ex dictis patet, quia ille supponit mutationem esse talem, vt legitimus sensus non mutetur. Adhibet præterea Soto distinctionem aliam de ministro tolerato, vel non tolerato ab Ecclesia, quæ ad præsentem controuersiam nihil refert, sed solum potest deferuire ad præsumptionē quandam: nam, si minister sit hereticus, vel ab Ecclesia præcisus, facilius potest dubitari, an veram habuerit intentionem conficiendi sacramentum: si tamen illam habeat, eadem ratio est de illo, & de quocumque alio, vt latius dicemus q. 64.

In vtriusque istarum opinionum aliquid verū inueniri potest, & ideo possunt, vel in concordia redigi, vel ita distingui, vt ex vtraque aliquid eligamus, & aliquid relinquamus. Primo ergo supponendum est, aliud esse agere de effectu sacramenti ex defectu materię, vel formæ eius, aliud vero ex eo, quod minister non habet intentionem faciendi sacramentum, nec in particulari, nec in generali: scilicet intendendo facere, quod instituit Christus, vel Ecclesia facit. Hic solum ac præcisè agimus de priori defectu, non de posteriori de quo in q. 64. agendum est: hi. n. duo defectus per se sunt separabiles ad inuicem, & quilibet eorum sufficit ad sacramenta irritanda: quod recte intelligitur in quodam exemplo supra posito de ministro, qui omittit aliquod verbum, vel aliquam

Franc. Suarez Tom. 3.

partem materię vt essentialē ex falsa sua existimatione, cum re vera non sit, vt si in forma sacramenti Pœnitentiæ omittat inuocationē Trinitatis putans esse essentialē: vel in materia calicis omittat infusionem aquæ: tales enim mutationes non possunt dici substantiales propter falsam ministri existimationem. Neque ex eo capite sacramentum esset nullum, quia in re habetur quiddam est simpliciter necessarium: ex defectu autem intentionis, regulariter erit nullum tale sacramentum, quia, moraliter loquendo, fieri non potest, vt habeat intentionem faciendi sacramentum, qui omittit aliquid, quod putat, esse essentialē: sicut est impossibile intendere finem, & omittere medium, quod necessarium simpliciter existimatur. Dico autem, moraliter loquendo, quia speculatiue fingi potest, eum, qui sic operatur, habere intentionem generalem efficiendi, quiddam illis verbis effici potest, & licet priuato errore existimet, nihil per sola illa fieri posse: tamen habere potest, quasi conditionatam voluntatem efficiendi sacramentum, si fortasse illa verba sufficiunt: & tunc sine dubio fiet sacramentum: quia nihil ex necessarijs deest: quod est manifestum argumentum: ex parte mutationis formæ aut materię nihil substantiale ibi deesse, quandoquidem adhibita sufficienti intentione statim fit sacramentum.

Secundo est obseruandum, mutationem formæ, per quam quis intendit nouum introducere ritum, interdum posse esse talem, vt neque excludat verum sensum formæ, nec reddat illum ambiguum, sed omnino eundem reliquat, solum addendo aliquid, vel modum proferendi immutando, vt si in forma Eucharistiæ intendat addere illa verba, Quod pro vobis tradetur, vt essentialia, vel si formam eandem proferat in vulgari lingua, Est enim in corpore, intendens hunc ritum, vt essentialē & necessarium introducere. Secundo potest talis esse mutatio, vt licet nō destruat sensum, reddat tamen illum ambiguum, & æquiuocū, vt in illo exemplo, Ego te baptizo in nomine Patris, in his enim verbis illa saltem est ambiguitas, quod ex vi verborum, non habent sensum legitimum, licet accommodatione, & circumstantiis possint illū habere, & clarius exemplum esset, si quis in forma panis Eucharistiæ hanc mutationem faceret. Hic est corpus meum: manet ambiguum, an illa particula, Hic, sit pronomen, & ex ignorantia ponatur masculinum pro neutro, an vero sit aduerbiū locale, quod ponatur ad introducendum errorem, veram transubstantiationem excludentem.

Dico ergo primo. Quando per mutationem nullo modo variatur sensus formæ, nō potest esse substantialis propter solum intentionem ministri volentis introducere nouum ritum: neque etiam propter eam causam præcisè sumptam sacramentum erit nullū: quia cum illa intentione potest simul esse intentio faciendi sacramentum: & ita poterunt concurrere omnia ad veritatem sacramenti necessaria. Quod si interdum defuerit intentio faciendi sacramentum tunc quidem sacramentum erit nullum: non tamen propter mutationem formæ, aut materię, quæ de se sufficerent, cum solum accidentalis mutatio in eis facta sit, sed ex alio defectu intentionis. Hæc assertio cum omnibus, quæ in illius explanatione & probatione dicta sunt, sufficienter constat ex dictis in secunda opinione, quam in hoc sensu veram censeo. Vnde sit nihil referre, quod quis intendat aliquid addere, vt essentialē, quod essentialē non est: nam, si nihil ex essentialibus excludat, nec sensum formæ variet, mutatio non est substantialis, nec necessario excluditur intentio faciendi sacramentum. Dices hoc ipso quod aliquid additur, vt essentialē, quod à Christo non est impositum, mutatur signum: nam est aliud totum, quam à Christo sit institutum. Respondetur negando assumptum, quia in prædicto casu vere ponitur in forma, quiddam Christus instituit, & quam-

Omittens ad liquid, quod putat falso esse essentialē, potest etiā habere intentionem conditionatam conficiendi sacramentum.

Intento noui ritus inducendi, vel relictus, ut videtur sensum formæ, vel reddat ambiguum.

Essentialis non noui erroris præcisè tollitur sacramentum.

& quamuis materialiter, & ex priuato errore addatur aliquid, quod putatur à Christo etiam esse additum, tamen illud non mutat sensum, & ita non excludit id, quod Christus inuitit: & per generalem intentionem faciendi sacramentum corrigitur priuatus error, & ex vi illius intentionis exhibetur signum, quod Christus voluit exhiberi, licet per accidens aliquid illi addatur.

Intendens nouum ritum & ponens verbum ambiguum ex intentione sensus falsi sacramentum non facit.

Dico secundo: Quando per mutationem redditur ambiguus sensus formæ, tunc, si minister ita intendat introducere nouum ritum, vt non intendat verum sensum, sed falsum atq; erroneum per talem formam significare: tunc mutatio est substantialis, & sufficiens ad irritandum sacramentum, non solum ex defectu intentionis, sed etiã ex defectu veræ formæ: & quo ad hanc assertionem admitto primam opinionem supra citatam: & iuxta eandem intelligo sententiam Zachariæ Pap. in dist. ca. Retulerunt: & patet ex supra dictis de mutatione proprii verbi formæ in aliud verbum æquiuocum: diximus enim, si fiat animo significandi aliud, quam per formam significetur, mutationem esse substantialem: sed idem est in presenti. Et ratio est clara, quia in eo casu formaliter & proprie aliud est signum, q. minister exhibere intendit, quam quod Christus inuitit: nam quod materialis sonus sit idem, vel diuersus, non refert, vt supra dictum est, sed significatio est attendenda: hic autem, licet verba quoad materialem sonum sint eadem, vel parum diuersa, tamē significatio quæ intenditur, est longe alia: & per intentionem proferentis determinantur verba ad talem significationem: sit ergo tunc substantialis mutatio, sicut è contrario est substantialis identitas: quando significatio est eadem, licet sonus vocis varietur: neq; contra hanc assertionem procedunt argumenta secundæ sententiæ, vt per se constat. Et iuxta eandem optime intelligitur, quomodo interdum, si minister intendat addere, vt essenziale aliquid, quod essenziale nõ est, possit ea ratione mutatio esse substantialis, vt D. Th. docuit, ar. 8. est n. hoc verum, quãdo inde oriri potest sensus aliquis contrarius veritati formæ, & ille est intentus: vt si quis addat in forma baptismi, Et Beatissimæ Virginis, intendens significare, & profiteri quaternitatem personarum, earumq; æqualitatem: tunc enim reuera est mutatio substantialis, quanquam, si per eadem verba solum intenderet Virginem inuocare vt Dei matrem, mutatio esset solum accidentalis.

SECTIO VI.

Vtrum eadem materia & forma in singulis sacramentis pro vniuersa Ecclesia sufficiat.

Distingui oportet ritum accidentalem ab essentiali: & necessitatem sacramenti à necessitate præcepti, hoc enim loco, vt antea diximus, non agimus de necessitate præcepti sed sacramenti: nec de ritu accidentali, sed essentiali. Vnde, vt certum supponimus, in sacramentis tradendis non seruari eundem ritum accidentalem in vniuersa Ecclesia, & consequenter ad seruanda præcepta, quæ in diuersis prouinciis vel regionibus obligare possunt, non sufficere vbiq; seruare ritum accidentalem; qui alicubi est in vsu, quod est extra controuersiam inter Catholicos, & constabit latius ex his, quæ postea dicemus de ceremoniis sacramentorum, & præcipue de singulis sacramentis in specie. Quod ergo nunc inquirimus est, an non obstantibus præceptis Ecclesiasticis, vel diuersis ritibus vniuersarum Ecclesiarum: ea materia & forma, quæ sufficit ad verum sacramentum constituendum in vna parte Ecclesiæ, sufficiat vbiq;.

Innoc. c. 1. de Baptism. Felinus.

Non enim desunt Catholici, qui hoc negent, præsertim ex Doctoribus Iuris canonici, vt Innoc. cum alijs in c. 1. de baptismo, & Fel. in c. quæ in Ecclesia

Non est identitas accidentalis in omnibus Ecclesiis locis.

Explicatio questionis:

Eadem materia & forma in sacramentis est vbiq; terrarum.

Præsentia materia & forma sacramentorum, vt in consuetis sacramentis.

Florantij

Ecclesia non potest mutare institutionem à Christo factam.

rum de constitut. num. 26. qui sentiunt, & Græcis sufficere ad baptismum conueniendum formam illam, Baptizetur seruus Christi, & ad conferendum corpus Domini satis eisdem esse panem fermentatum: si tamen aliquis in Latina Ecclesia illa forma, vel hæc materia vti velit, neque baptismum, neque Eucharistiam effecturum. Difficileque exemplum videtur de sacramento Matrimonij. nam si aliqui nunc contrahant priuatim in aliquo loco, vbi decretum Conc. Trid. promulgatum non sit, illi consensus sic expressi erunt ibi sufficiens forma & materia sacramenti, qui tamen non sufficiunt in vniuersa Ecclesia, vt in Italia. v. g. vel Hispania, vbi ritus à Conc. institutus necessarius est.

Dicendum nihilominus est, sacramenta omnia eadem materia & forma consistere in vniuersa Ecclesia, atq; adeo id quod in vno loco sufficit, sufficere vbiq; vt sacramentum factum teneat, quamuis fortasse peccet minister accidentalem ritum omittendo. Hanc assertionem obseruauit Adrian. contra prædictos Canonistas, in loco citato sectione præcedenti, in materia de baptismo: & est communis Theologorum disputantium de sacramentis in specie, & conuinci potest illismet exemplis de Baptismo, & Eucharistia: nam, vt proprijs locis videbimus, certissimum est, in illis catibus vera effici sacramenta, si quis in Ecclesia Latina vtatur forma, vel materia Græcorum. Ratio vero est, quia duob. modis potest intelligi forma aliam, vel materiam sufficere in vna parte Ecclesiæ, & non in alia, scilicet vel ex institutione Christi, vel ex præcepto Ecclesiæ: neutrum autem dici potest probabiliter. Quod patet primo de Christi institutione: nam, sicut Christus vnam instituit Ecclesiam, ita vnam tantum fecit sacramentorum institutionem, quæ vniuersæ Ecclesiæ deseruiret, & ideo dixit Paul. in hac Ecclesia esse vnum Deum, vnam fidem, vnum baptismum. Quis. n. fingat instituisse Christum vnum ritum Baptismi, vel Eucharistie pro Græcis, & alium pro Latinis? Hoc sane alienum est ab omni ratione: & ab omni Ecclesiæ sensu, vt ex Concil. Florent. satis constat: alioqui, eadem facilitate posset aliquis fingere instituisse vnum ritum pro Iudæis, & alium pro Gentilibus, aut quid simile: aut certe dici posset, diuersis temporibus. posse variari sacramentorum essentialia, ita vt quod nunc sufficit, antea non fuerit sufficiens: vel è contrario, quia non est maior ratio de diuersis locis, quam de diuersis temporibus, & sicut potuit Christus aliquid instituire pro vno loco, & aliud pro alio: ita etiam, vt aliquid in vno tempore fieret, & aliud in alio: Et quidem, si fundamenta prioris sententiæ alicuius momenti essent, non minus probarent de diuersis temporibus, quã de diuersis locis: quinimo in multis sacramentis maior mutatio facta videtur in temporibus diuersis, quam in locis: esset autem absurdissimum dicere, sacramenta ex Christi institutione essentialiter variari pro tempore diuersitate: quin neq; ista multiplex institutio Christi à principio facta fuit, aut nobis tradita: nec postea aliquo tempore per specialem reuelationem manifesta est: vna est ergo institutio, quæ immutabilis perseverat omni tempore: eadem ergo est vniuersalis pro omnibus locis. Tandem ex fine huius institutionis, quem supra tractauimus, idem probari potest: instituta enim sunt sacramenta, vt Christi populus in vnum religionis nomen congregaretur, & ideo necesse fuit, vt vna esset pro omnibus institutio.

Altera vero pars de Ecclesiæ præcepto facile conuinci potest: quia Ecclesia non potest mutare, aut impedire institutionem à Christo factam: nõ enim ab illo accepit potestatem excellentiæ sacramentis superiorum, sed ministerialem, & sacramentis alligatã, vt latius dicturimus supra. 64. ergo nec potest facere Ecclesia, vt sine materia & forma à Christo institutis fiat sacramentum, neque etiam potest impedire,

dire, quin ex materia & forma essentiali fiat sacramentum à debito ministro: ergo non potest Ecclesia efficere, vt materia, & forma, quæ in vna Ecclesia sufficit, non sufficiat in vniuersa Ecclesia, saltem vt sacramentum factum teneat: patet vltima hæc consequentia, quæ si illa forma & materia in vno loco sufficit, illa sola est essentialis ex Christi institutione: ergo eadem sufficit in quolibet loco, si ibi applicetur. Confirmatur, nam licet Ecclesia prohibeat alicui ministro, ne conficiat sacramentum, si non prius illum aliqua re substantiali, ac necessaria ad sacramentum, sola prohibitio non satis est ad irritandum sacramentum ab huiusmodi ministro factum, etiam si ipse peccet sacramentum conferendo contra Ecclesiæ prohibitionem: ergo similiter, licet Ecclesia prohibeat, sacramentum fieri ex tali materia, nisi adhibita tali circumstantia accidentali, aut ex tali forma, nisi tali modo prolata: hæc prohibitio non erit sufficiens ad irritandum sacramentum, si substantialis materia & forma in eo seruetur, licet peccet sacerdos accidentalem illam solemnitatem omitendo, ergo quamuis in diuersis regionibus & locis Ecclesiæ diuersi ritus accidentales præcepti sint, id obitare non potest, quominus ad veritatem sacramenti sufficiat materia & forma essentialis, quocumq; modo vel ritu adhibeantur.

Enonistaturum quæ rmdim er vt vnde.

Ad fundamenta ergo prioris sententiæ respondeatur, eos auctores errasse, non satis distinguendo necessitatem sacramenti à necessitate præcepti: vnde illa duo exempla, quæ afferunt, potius contra illos demonstrant, vt diximus: nam in eis casibus peccare posset sacerdos ita cõficiendo sacramentum, ipsum autem validum esset. Ad tertium exemplum de Matrimonio respondetur, idem argumentum fieri posse de temporibus diuersis, nam eadem signa muti consensibus, quæ antea sufficerent ad sacramentum Matrimonij, nunc non sufficiunt, si absque parochi, & testibus exhibeantur: & tamen non propterea dicendum est, materiam & formam essentialis, quæ antea sufficiebant ad Matrimonium, nunc non sufficere, non enim potuisset Ecclesia illas mutare. Sed dicendum potius est, materiam & formam huius sacramenti esse mutam consensum expressum, & ad contractum Matrimonij perficiendum inter baptizatos sufficentem: quam materiam, & formam Ecclesia mutare non potest, neq; impedire, quominus illis adhibitis fiat sacramentum: at vero, quia hoc sacramentum supponit contractum, in quo fundatur: & valor, seu efficacia contractus pendere potest ex modo contrahendi, qui modus potest ab Ecclesia præscribi, ideo fieri potest, vt expressio consensus, quæ aliquando sufficit ad valorẽ contractus sine aliqua solemnitate, alio tempore sine illa non sit sufficiens: & ita non variatur formaliter, ac proprie materia, & forma sacramenti, sed id quod erat materia, & forma, amittit illud esse, ratione cuius poterat esse materia, & forma sacramenti: sicut si Ecclesia posset efficere, vt id quod erat panis, iam non sit panis, vel, vt hæc vox Corpus, non significaret, quod nunc significat, sed rẽ aliam, tunc cõsequenter faceret, vt ex illa re, vel ex illo verbo non fieret sacramentum: non quidem mutando formam, vel materiam sacramenti proprie, ac formaliter, sed remote, quasi destruedo rem ipsam, quæ poterat esse forma vel materia sacramenti.

Ecclesia in matrimonio nõ mutauit materiam, & formam.

QVÆSTIO LXI.

De necessitate Sacramentorum, in quatuor articulos diuisa.



Inde considerandum est de necessitate sacramentorum.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, vtum sacramenta sint necessaria ad salutem humanam.

Secundo, vtum fuerint necessaria in statu ante peccatum.

Tertio, vtum fuerint necessaria in statu post peccatum ante Christum.

Quarto, vtum fuerint necessaria post Christi aduentum.

ARTICVLVS I.

Verum sacramenta sint necessaria ad humanam salutem.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem. Dicit enim apostolus 1. ad Timot. 4. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Sed vsus sacramentorum pertinet ad corporalem exercitationem, eo quod sacramenta perficiuntur in significatione sensibilibus rebus & verborum, vt dictum est. Ergo sacramenta non sunt necessaria ad humanam salutem.

2. Præterea 2. ad Corinth. 12. Apostolo dicitur, Sufficit tibi gratia mea. Non autem sufficeret, si sacramenta essent necessaria ad salutem. Non sunt ergo sacramenta salutis humanae necessaria.

3. Præterea, Posita causa sufficienti, nihil aliud videtur esse necessarium ad effectum. Sed passio Christi est sufficiens causa nostræ salutis. Dicit enim post ad Rom. 5. Si cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati saluerimus in vita ipsius. Non ergo requiruntur sacramenta ad salutem humanam.

Sed contra est, quod August. dicit 19. contra Faustum. Lib. 19. c. 11. In nullum nomen religionis seu verum, seu falsum, coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculorum seu sacramentorum visibilibus consortio colligentur. Sed necessarium est ad humanam salutem homines adunari in vno vere religionis nomen. Ergo sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem.

Respondeo dicendum, quod sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem tripliciter. Quarum prima sumenda est ex conditione humanæ naturæ: cuius proprium est, vt per corporalia & sensibilia, in spiritualia & intelligibilia deducatur. Pertinet autem ad diuinam providentiam, vt vnicuique rei provideat secundum modum sue conditionis. Et ideo conuenienter diuina sapientia homini auxilia salutis conserit sub quibusdam corporalibus, & sensibilibus signis, quæ sacramenta dicuntur. Secunda ratio sumenda est ex statu hominis, qui peccando se subdidit per affectum corporalibus rebus. Ibi autem debet medicinale remedium homini adhiberi, vbi patitur morbum. Et ideo conueniens fuit, vt Deus per quedam corporalia signa, homini spirituales medicinas adhiberet: nã si spiritualia nuda ei proponerentur, eius animus applicari non posset, corporalibus deditis. Tertia autem ratio sumenda est ex studio actionis humane, quæ præcipue circa corporalia versatur. Ne ergo esset homini durum, si totaliter à corporalibus actibus abstraheretur, propofita sunt ei corporalia exercitia in sacramentis, quibus salubriter exerceatur ad euitanda superstitiosa exercitia, quæ consistunt in cultu demonum, vel qualitercung; noxia, quæ consistunt in actibus peccatorum. Sic igitur per sacramentorum institutionem, homo conuenienter sua natura eruditur per sensibilia: humiliatur, se corporalibus subiectum cognoscens, dum sibi per corporalia subuenitur: præseruatur etiam à noxiis actionibus per salubria exercitia sacramentorum.

Ad primum ergo dicendum, quod corporalis exercitatio, in quantum est corporalis, non multum utilis est. Sed exercitatio per vsus sacramentorum, non est pure corporalis, sed quodammodo est spiritualis, scilicet, per significationem & casualitatem.

Ad secundum dicendum, quod gratia Dei est sufficiens causa humane salutis, sed Deus dat hominibus gratiam secundum modum eius conuenientem: Et ideo necessaria sunt hominibus sacramenta ad gratiam consequendam.

Ad tertium dicendum, quod passio Christi est sufficiens causa humane salutis. Nec propter hoc sequitur quod sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem: quia operantur in virtute passionis Christi, & passio Christi quodammodo.